BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA
Sala:
Estante
Número

REAL
A
42
20

PERSPECTIVA PICTORUM ET ARCHITECTORUM

ANDREÆ PUTEI
E SOCIETATE JESU.

PARS SECUNDA.

In quâ proponitur modus expeditissimus delineandi opticè omnia, quæ pertinent ad Architecturam.

ROMÆ MDCCXXXVII.

Ex Typographia Antonii de Rubeis è foro Rotundæ in via ad Seminarium Romanum.

SUPERIORUM FACULTATE.

UNIVERSIDAD DE GRANADA
Biblioteca General
GRANADA

R. 59.777

PROSPETTIVA
DE' PITTORI,
E ARCHITETTI

D'ANDREA POZZO

DELLA COMPAGNIA DI GESU'.

PARTE SECONDA.

In cui s'insegna il modo più sbrigato di mettere in prospettiva tutti i disegni d'Architettura.

IN ROMA, MDCCXXXVII.

Nella Stamperia di Antonio de' Rossi, nella strada del Seminario Romano, vicino alla Rotonda.

CON LICENZA DE' SUPERIORI.

ITE AD IOSEPH
Teodoro Ver Cruys Fec.t Roma 1700

AUGUSTO
ROMANORUM, ET HUNGARIÆ
REGI
JOSEPHO PRIMO
ARCHIDUCI AUSTRIÆ, &c.

Andreas Puteus è Societate JESU. F.

Cadunt ad Majeſtatis Veſtræ pedes, veluti reverentia quadam perculſæ Moles, quas mira arte, oculoſque inducente in hoc opere extollit Architectura. Verùm hæ, etiam cum cadunt, felices ſunt: & ipſa illis placet ruina; dum ſperant ſeſe excitatum iri altiùs, ſi Rex manus admoveat: luce pulchriori fruituras, ſi Auſtriacus Sol oculorum obtutum ſemel illis impertiat: immortalitatem famæ conſequuturas, ſi Veſtro Nomine inſcribantur. Cauſa ſplendidæ hujus ſubmiſſionis

ſionis (nec diffiteor) duplex eſt; & , quam hic liber præſefert, Ambitio, & quam omnes ſuſpiciunt Veſtræ Majeſtatis Amplitudo. Suppudet enim alteram hanc Operis mei Partem priori inferiorem videri, & quamvis ſecundo veluti partu ſit genita; ad honores tamen natu majoris anhelat. Fuerat illa, non ſuis quidem freta meritis, ſed gratia tantùm ſublata, ad Solium uſque Cæſaris evecta; locum proindè non minus ſublimem deſiderat altera; cumque ob id totum terrarum Orbem circumſpexerit, ſimiliorem Auguſti Patris reperit neminem, niſi Regium Filium: quem propterea venerabunda adit: & Sacro quodam horrore perfuſa; ab eo obtutum dumtaxat petit. Adeò magnus es ò Rex, ut ſolùm tantus Pater Te Filium habere mereatur: cumque glorioſiſſimus Imperator tàm multa meritus ſit, Te uno ejus merita univerſa compenſantur. Epaminondas Thebanus prole deſtitutus, duas ex præclariſſimis, quas retulerat victoriis, ſuas Filias nuncupare conſueverat; Poteſt Cæſar Te Filium ſuum omnium victoriarum ſuarum præclariſſimam Victoriam appellare. Nam ſi fuerunt illæ Hoſtibus metuendæ; multò Filius eſt formidabilior: cum ab ejus ſtrenuitate, & virtute timere poſſit ruinas graviores, quiſquis ejuſdem iram laceſſere non reformidat: ſingulæ illarum nonniſi ſingulæ fuerunt victoriæ: ſed JOSEPH ingens ſpes eſt ſegeſque Victoriarum. Quid enim ſperare non liceat à Majeſtate Veſtra, in qua cum ſumma virtute haud imparem felicitatem aſpicimus? Hoſtibus ereptum eſt Regnum, ut eò donareris. Tibi tot fortiſſimi Heroes depugnarunt; immò Cœlum ipſum viſum eſt ſub imperatoriis Aquilis meruiſſe, ut Tibi Hungariæ Coronam imponeret: Nondum per ætatem aptus eras Militiæ, jamque ætas erat matura Victoriæ: etiam cum in anguſto corpore nobilis mens habitaret, latiſſima Regna capiebat. Itaque Fortuna ſibi viſa eſt Regi favere non poſſe, niſi priùs ſceptrum offerret, quam Regia manus poſſet adipiſci:

qua-

quare ut beneficium aliquod conferre posset, & de Majestate Vestra benè aliquando mereretur, ætatem prævertit; haud ignara nihil deinceps sibi debitum iri ab Eo, qui quidquid esset possessurus, suis dumtaxàt deberet Virtutibus: Prudentiæ perpetuam Populorum securitatem: Fortudini glorioſissimum de Inimicis triumphum: Pietati, cęteriſque, tum ad bellum, tum ad Pacem ſpectantibus, Catholicæ Religionis, & Imperii Romani incrementum: JOSEPHO denique alterum LEOPOLDUM: hoc inſuper lucro addito; quòd, cum eadem via ad gloriam tendas; Patris præeuntis veſtigia, quæ ſequens premis, ampliora effecturus ſis, & illuſtriora. Tanta igitur Majeſtas ſubmovere à ſeſe Opellam hanc debuit: ſed in Veſtro Regali Solio æqualem occupant locum Majeſtas, & Amor: Ab hoc vehementer confido invitatum iri, ab illa illuſtrandum potiùs tenuem hunc Artis meæ Partum, quam ſubmovendum. Libenter eò reditur, undè cum lucro aliquando reverſum eſt: quapropter libentiſſimè meipſum, laboreſque meos qualeſcumque iterum offero Domui Auguſtiſſimæ, plurimumque me lucratum exiſtimavero, ſi id unum obtineam, ut Veſtræ nimirùm placeam Majeſtati.

AL-

Biblioteca General

ALLA SACRA REAL MAESTA'

D I

GIUSEPPE PRIMO

RE DE' ROMANI, E D'ONGARIA,

ARCIDUCA D'AUSTRIA, &c.

Andrea Pozzo della Compagnia di GIESU' F.

CAdono à i piè della Maeſtà Voſtra per riverenza le Moli, che con prodigio dell' arte, e con inganno degli occhi alza in queſta Opera l'Architettura. Ma ſtimano fortunata queſta caduta, e bella queſta rovina, mentre ſperano di ſorgere più alto, ſe un Re sì grande porga loro la mano; di godere luce più chiara, ſe le rimiri un Sole Auſtriaco; di conſeguire fama immortale, ſe portino in fronte il Voſtro Nome. Di caduta sì ſplendida doppia fù la cagione: L'Ambizione del mio Libro: La Grandezza della Maeſtà Voſtra. Si vergognava queſta Seconda Pate comparire alla pubblica luce del Mondo ornata meno della prima; e benchè dopo quella haveſſe ſortito i ſuoi natali, anela-

va

va nondimeno à gli onori della Primogenita. Fù queſta, non già per merito, ma ſolo per grazia, inalzata ſino al trono grande di Ceſare: Un luogo non meno ſublime ambiva l'altra; ed or perche nella Terra non vede alcuno più ſimile all'Auguſtiſſimo Padre, che il Real Figliuolo; à queſto ſi preſenta con ſommiſſione profondiſſima: ma inſieme atterrita da tanta gloria, appena ardiſce ſupplicarlo d'un ſguardo ſolo. Siete così grande ò Re, che niun'altro, che un tal Padre potè meritare haver Voi per figliuolo: impareggiabile è il merito d'un Imperatore così glorioſo, e ſolo Voi di tutti i ſuoi gran meriti ſiete un'eguale ricompenſa. Epaminonda Imperator Tebano privo di Prole, ſoleva chiamare ſue Figliuole due delle ſue più illuſtri vittorie. Può Ceſare chiamar Voi Figliuol ſuo di tutte le ſue Vittorie la Vittoria più illuſtre: poiche ſe furon quelle terribili à i Nemici, molto più terribile ſiete Voi, mentre dalla voſtra fortezza, e virtù può temere rovine più gravi, chiunque ardiſca provocare il voſtro ſdegno: ciaſcheduna di quelle non fu più, che una ſola vittoria, ma GIUSEPPE è una Meſſe, e la Speranza di più Vittorie. Ed in vero, che non poſſiamo ſperare dalla M. V. nella quale ammiriamo congiunta con una virtù ſomma felicità non minore? Si tolſe a' Nemici un Regno, per donarlo à Voi: combatterono tanti fortiſſimi Eroi, anzi il Cielo ſteſſo parve, che militaſſe ſotto l'Aquile Imperiali per collocare ſopra il Voſtro Capo il diadema dell'Ongaria: non era ancor atta alla Milizia la Voſtra età, e Voi già eravate meritevole della vittoria: abitava in piccol corpo la voſtra mente, e pure ſin d'allora era capace di vaſti Regni. La fortuna ambizioſa di ſervire, per-

che

che temeva di non haver mai tempo per favorirvi, parve, che ſi affrettaſſe in offerire lo Scettro, prima, che la Voſtra mano poteſſe acquiſtarſelo: per haver ella qualche merito appreſſo di Voi, prevenne l'età; ben conſapevole, che non ſarebbe per reſtare con obligo alla fortuna, chi per l'avvenire doverebbe ſolo alle ſue Virtù tutto quello, che foſſe per poſſedere; alla Prudenza la ſicurezza de' Popoli: alla Fortezza il trionfo degl'Inimici: alla Pietà, e a tutte le altre virtù sì di Guerra, come di Pace l'avanzamento dell'Imperio Romano, e della Religione Cattolica: e finalmente all'iſteſſo GIUSEPPE un'altro LEOPOLDO: con queſto vantaggio però, che camminando Voi per la medeſima ſtrada di gloria; le veſtigie, e l'orme del Voſtro glorioſiſſimo Padre, che vi precede, premendole, farete più grandi. Tanta Maeſtà dunque dovea porre in fuga queſt'opera, non invitarla; ma nel Voſtro Trono occupano luogo eguale la Maeſtà, e l'Amore: onde ſpero, che l'ignobil parto della mia arte ſarà ammeſſo da queſto, e da quella illuſtrato: l'accettar il mio libro ſarà grazia grande del Voſtro Amore: la Maeſtà Voſtra ſarà l'ornamento più bello del mio libro. Si torna volentieri ove una volta ſi partì con guadagno: perciò volentieri vengo di nuovo ad offerir tutto me ſteſſo, e queſte mie povere fatiche alla Voſtra Auguſtiſſima Caſa, ſtimando d'haver acquiſtato moltiſſimo, ſe ottenga, come ſpero, queſto ſolo, cioè il piacere in tutto alla Maeſtà Voſtra.

AD



AD LECTOREM.

TAndem promiſſi fidem præſto in lucem edens alteram Perſpectivæ partem, quam ſpero non minori grati animi ſignificatione exceptum iri, quàm pars prior, eoque magis, quòd in hac traditur (quantum ſine vivæ vocis, ut ajunt, adminiculo fieri poteſt) regula omnium expeditiſſima, quæ ad opticæ intelligentiam conducant. Proindè illud pro certo ſumo, ſtatim atque ad hoc opus legendum acceſſerit quiſquis fuerit in priori volumine, vel mediocriter verſatus, eum vel primo intuitu, omnia percepturum, cum nihil hìc ſit à prioribus vehementer abhorrens. Hæc igitur, quam traditurі ſumus regulam, eſt ea ipſa, atque expeditiſſima, qua hactenus uſus ſum in operibus, quæ tum Romæ, tum alibi locorum exhibui, docuique brevì, nec ſinè ſucceſſu multos; etiam ſi ingenio eſſent non vehementer ſolerti. Vereor tamen nè plures, licèt in cæteris facultatibus eruditi, haud facilè eam aſſecuturi ſint, propterea quod geometriæ, atque architecturæ ſcientia ſint deſtituti, quę ſatis perſpecta eſſe deberent jam pridem his, qui ad hanc facultatem accedunt, quandoquidem utraque ſunt veluti materies, quâ conſtant opera opticè elaborata: & quoniam hic eſt cardo maximi momenti, non prætermittam identidem inculcare, jam per occaſionem, ac veluti per tranſennam, jam conſultò in aliis explanationibus hujus libri. Hoc igitur eſt opus ſuſcipiendum à Pictoribus, & Architectis, ad quos hic liber dirigitur, qui propter uſum delineandi ea, quę ad prędictas Artes pertinent, maximam partem laboris, ac difficultatis, opinor, jam ſuperarint. Miror itaque nonnullos Pictores, vel difficultate, vel deſidia à ſtudio Optices abhorrentes, eam apud multos incuſare tamquam figuris pingendis prorsùs inutilem: verum hi vehementer errant, cum vel plurimùm ad illas etiam conducat. Cavete igitur nè eorum dicteriis inducamini, ni & vos velitis in eos palmares errores incidere, qui in eorum picturis, nec rarenter, nec ſine riſu ſpectantur; & tamen Pictores, nihil tale cogitantes, pingunt tamen opticæ ſpeciem coloribus conveſtitam, licet figuris compoſitam humanis. Quapropter neceſsè eſt ut has regulas probè calleant, præſertim hi, qui in pingendis peramplis operibus ſe exercent, oſtendentes artis hujus peritiam in contrahendis figuris, collocandiſque in planis, in intendendis, remittendiſve umbris, ac coloribus, ac præcipuè ob nobilitanda opera pulchris architecturæ inventis, alioquin, non ſolùm hæc ignorabunt, verùm nihil gratum, jucundumque efficient apud viros in hac facultate verſatos, vel in unius figuræ imminutione. Contendendum itaque vobis eſt, ut vim hujus regulæ in primoribus explanationibus percipiatis, in quibus rerum difficiliorum fundamenta jecimus: Quod ſi aliquando incideritis in explicationem breviorem, quam illę, quæ initio poſitæ ſunt; ſcitote conſultò id factum eſſe, ne pluries eadem ingereremus, neve tenebras diſcentium men-

mentibus offunderemus præpoſtera verborum, linearumque multiplicitate. Quod ſi cupitis brevi in hac facultate proficere, in ſolis commentationibus inutiliter tempus nè terite, neve in evolvendis paginis, ſed circinum, ac regulam arripite, atque ita fiet, ut ſtimulos ſubjici vobis ſentiatis magis magiſque, non ſolùm ad delineandas hujus operis figuras, ſed ad meliores etiam excogitandas, juxtà ingenium vobis à Deo omnium bonorum largitore impertitum, in cujus laudem noſter quicunque labor, ac ſtudium uniuſcujuſque veſtrum referatur.

AL

AL LETTORE.

EInalmente mantengo la promeſſa con mandar alla luce la Seconda Parte della Proſpettiva, ſperando, che ſarà ricevuta con non minor gradimento della Prima, tanto più perchè in queſta ſpiegaſi (per quanto può farſi con la voce morta) la più facile, e ſpedita regola di quante poſſino darſi in queſt'Arte della Proſpettiva. Per queſto mi dò à credere, che chiunque ſia alquanto eſercitato nelle regole della Prima Parte, ſol tanto, che veda le prime figure di queſta ſeconda, non havrà biſogno d'altro, eſſendo tutte nel medeſimo modo fatte, e diſpoſte. Queſta dunque è quella regola faciliſſima, che per lo più ſon'andato adoperando fin'ora nell' opere, che hò fatte vedere in più occaſioni in Roma, & altrove, e l'hò inſegnata in brieve tempo, e con profitto anche di molti di mediocre ingegno. Temo però che molte perſone, ancorche dotte in altre ſcienze, non arrivino ad intenderla, nè praticarla à caggione della loro imperitia nell'Arte di Geometria, e di Architettura, che preſuppongo già note à chi ſi pone à queſto ſtudio, eſſendo queſta per appunto la materia, che compone tutta la machina, e ſoſtanza dell'opere fatte in proſpettiva; ma perchè queſto è un punto principaliſſimo non ceſſarò di ricordarlo per incidenza, ò appoſtatamente in altre ſpiegazioni di queſto Libro. Queſta dunque è impreſa de' Pittori, ed Architetti, a' quali è indrizzata queſt' Opera, che per l'eſercizio, che hanno nel diſegno delle ſopradette Arti, haveranno ſuperato la maggior difficoltà di queſto ſtudio. Mi maraviglio però di alcuni Pittori, che per non voler faticare ad imparar queſt' Arte, la diſſuadono come affatto inutile per le figure. Ma s'ingannano molto, importando aſſaiſſimo, anche per queſte, nè vi laſciate però aggirare dalle lor dicerie; ſe non volete ancor voi incorrere in quelli errori maſſicci, che nell'opere loro, non ſenza riſo ſi mirano. E pure i Pittori ſenza accorgerſene non altro fanno col loro dipingere, che una colorita proſpettiva, ancorchè ſia compoſta di figure umane, però conviene ad eſſi poſſeder bene queſte regole, ſpecialmente a quelli, che hanno occaſione di far opere grandi, moſtrando il loro ſapere nel digradare, e collocare le figure ne' piani, nel dar forza, ò debolezza all'ombre, & a' colori, e particolarmente per nobilitar l'opere loro con belle compoſizioni di architetture; altrimente, non ſolo non ſaperanno far queſte; ma non potranno far coſa grata à perſone intelligenti nè anco nello ſcorcio di una figura. Dovete per tanto sforzarvi di ben penetrare la forza di queſta regola nelle prime lezioni, nelle quali abbiamo gettati i fondamenti delle più laborioſe. Che ſe tal'ora v'incontrarete in qualche ſpiegazione più brieve, che non ſi ſia poſta al principio, ſappiate che ciò è

ſtato

ſtato fatto appoſtatamente, per non replicar più volte il medeſimo, e per non offuſcar la figura, ò la mente de' Scolari con moltiplicità di linee, e di parole. Che ſe poi bramate approfittarvi in brieve tempo in queſt'arte, non perdete tempo in ſole ſpeculazioni, nè in voltar carte, ma mettete mano al compaſſo, & alla riga con operare, e così avverrà, che vi ſentirete ſpronare di paſſar ſempre più avanti, non ſolo per diſegnare le figure di queſto libro, ma ad inventarne delle megliori, conforme il talento, che vi ſarà ſtato communicato da Dio, alla cui gloria la voſtra, e la mia qualunque fatica offeriremo.

THYR

THYRSUS GONZALEZ

Præpoſitus Generalis Societatis JESU.

CUM librum, cui titulus Perſpectiva Pictorum, & Architectorum Pars Secunda, *ab Andrea Puteo Societatis noſtræ Religioſo conſcriptum, aliquot ejuſdem Societatis Sacerdotes harum rerum periti recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, facultatem facimus, ut typis mandetur, ſi iis, ad quos ſpectat, ità videbitur. Cujus rei gratiâ has litteras manu noſtrâ ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus.*

Romæ 3. Martii 1700.

Thyrſus Gonzalez.

REIMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

N. Baccarius Epiſcopus Bojanen. Viceſgerens.

REIMPRIMATUR.

Fr. Jo: Benedictus Zuanelli Ord. Præd. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

FI-

FIGURA PRIMA.

Quod neceſſe eſt is, qui ad opticen Architecturæ addiſcendam aggreditur, prius elementa Architecturæ attigerit: ac primò ſciat quid ſit veſtigium, forma, ſeu ſpecies operis faciundi.

SI hæc præcepta optices perventura eſſent duntaxat ad manus hominum in hac materiâ verſatorum, multum mihi laboris decederet, poſſemque eſſe brevior: Sed quia una cum editione hoc opus publici quodamodo juris fit, nec ſolum peritiores in hac facultate, ſed tyrones ipſi ſuum fructum capere deſiderant, oportebit eſſe longiores, præſertim initio, ne verborum nimia brevitas præceptis, tenebras effundat.

Verum enim verò (ut dictum eſt ad Lectorem) nequit optica, quam hoc opere expoſiturus ſum, ab illis intelligi, qui ſunt omnino rudes in his, quæ ſpectant ad Architecturam, eo quod hæc ſit materia, circa quam illa verſatur. Illam proinde diſcere neceſſarium eſt, cum regulis ſpectantibus ad quinque diverſos ordines Architecturæ, in lucem editis, & exactè explicatis ab excellentibus Auctoribus: ubi enim quis illis imbutus ſit, intelliget quid ſit veſtigium, orthographia, & obliqua facies, quorum notitia neceſſaria eſt ad hanc regulam, ut videbitis ex omnibus figuris hujus operis. Nos in hiſce primis proponemus tria hæc ſingillatim, ut tyrones diſcant ſaltem cognoſcere, ut deſcribere poſſint in quinta figura. In hác prima igitur propono veſtigium arcus triumphalis, ut intelligant, eodem modo, quo delineatur ad extruendum, delineari etiam, ut opticè proponatur. Conſiderate proinde hoc veſtigium, atque ubi invenietis literam X, ſcitote eſſe ſolidum ædificii, aliæ lineæ oſtendunt projecturas ſtylobatarum, coronarum, ac coronidum, quæ neceſſaria ſunt, ut opticè exhibeantur, non ſolùm partes, quæ terram contingunt, ſed etiam ſuperiores, quarum projecturæ ſint extra ſolidum ædificii.

FIGURA PRIMA.

Come ſia neceſſario imparar l'Architettura prima di metterla in proſpettiva, particolarmente che coſa ſia pianta.

SE queſti precetti di Proſpettiva aveſſero a capitar ſolamente in mano d'uomini già verſati in queſta materia, ſi potrebbe avanzar gran parte della fatica, & eſſer ancor più brevi: Ma perchè con uſcire alla luce queſt'opera, ogn'un vi acquiſta il ſuo jus, nè ſolamente i più dotti in queſt'arte, ma vogliono ancora i principianti cavarne il ſuo frutto; biſognerà eſſer alquanto più lunghi, maſſimamente ne' principj, acciochè la troppa brevità delle parole non cagioni oſcurità ne' precetti. E' ben vero però (come ſi è detto al Lettore,) che non ſi può ben intender la Proſpettiva da chi è affatto rozzo dell'Architettura, per eſſer queſta appunto la materia di quella. Onde è neceſſario impararla, con le regole ſpettanti a' cinque diverſi ordini di Architettura date in luce, & eſattamente ſpiegate da eccellenti Maeſtri: perchè eſſendo iſtrutto di queſte, ſi ſaprà che coſa è pianta, facciata, e profilo, la cognitione de' quali è neceſſaria per queſta regola, come ſi vedrà in tutte le figure di queſt'opera.

Noi in queſte tre prime proporremo tutte e tre queſte coſe in particolare, acciochè i principianti imparino almeno a conoſcerle, per poterle cominciare nella quinta figura. In queſta prima dunque propongo una pianta d'arco trionfale, acciò intendano, che nel modo, che ſi diſegna per fabbricarlo, ſi diſegna anco per metterlo in Proſpettiva. Conſiderate però queſta pianta, e dove trovate X è il più vivo della fabrica, le altre linee ſono li varii aggetti de' piedeſtalli, cornici, e cornicioni, neceſſarie per trovar in Proſpettiva, non ſolo le parti, che toccano terra, ma ancora le ſuperiori, che hanno qualche aggetto fuori del vivo della fabrica.

FIGURA 2.

Figura 1



FIGURA SECUNDA.

Quid ſit elevatio, ſive Orthographia.

EXhibeo hìc faciem erectam ante duas columnas à priori veſtigio. Elevatio etiam, ſive, ut alii vocant, ortographia, perneceſſaria eſt Architectis æque, atque his, qui dant operam opticæ. Verum, ut opus rectè procedat, addiſcendæ ſunt (ut diximus) regulæ ſpectantes ad Architecturam: aliàs delineationes veſtræ, neque habere poßent venuſtatem, neque ſymetriam: Cum optica nequaquam emendare poſſit errores in Architectura commiſſos, quandoquidem ea eſt veluti molendinum, quod non conterit niſi immiſſum frumentum. Cæterum, quod ad inſtitutum pertinet, Ortographia priùs mente concipitur, ac in ſcheda deformatur, mox ea in veſtigium contrahitur, ut rectè utraque ſibi reſpondeant, atque amicabiles utraque ſibi porrigant manus.

FIGURA SECONDA.

Coſa ſia Facciata.

IO propongo in queſta figura la facciata elevata dalla pianta paſſata avanti le due colonne. Anche l'elevazione è ſempre neceſſaria (come dicemmo) all'Architetto, & al Proſpettico: Ma per farla bene biſogna imparare le regole dell'Architettura, perchè non vi riuſcirebbe mai il voſtro diſegno bello, e proporzionato, ſenza di queſto, non potendo la Proſpettiva rimediare à gli errori di quella, eſſendo come un molino, che macina quel grano, che gli diamo da macinare. Del reſto per quel, che appartiene al noſtro punto, la facciata è ſempre la prima à concepirſi, e metterſi in carta, da eſſa poi più facilmente ſe ne cava la pianta, acciocchè bene ſi accordino fra loro, e ſi diano amichevolmente le mani.

FIGURA 3.

Figura 2.



FIGURA TERTIA.

Quid ſit obliqua facies operis, & fiſſum ejus.

POſtremò neceſsè eſt utrique calleant quid ſit elevatio obliqua, quave ratione efficiatur: ſit autem hoc pacto: ex alterutro latere veſtigii adeò erigitur, ut faciei altitudinem exæquet. Jam verò obliqua delineatio duplex eſt, altera extimas dumtaxat operis partes exhibet, tamquam ex latere ſi viderentur: ut contingit cum hominis vultum obliquè intuemur, ex quo loci habitu apparet ſolùm alter oculus, extremaque naſi lineamenta cum projectura: altera dicitur fiſſum, intimaſque partes ædificii proponit. Hoc artificio licet nobis intima Templi ornamenta exhibere: ac, ne omittamus materiam, quam præ manibus habemus, poteſt etiam oſtendi Arcus hic triumphalis, ac ſi reipſa bifariam fiſſus eſſet, ita ut pareat murorum craſſitudo, eorumdem inania, ac plena, ac demum coronidum projecta lineis in veſtigio ductis reſpondentia. Cæterum cum aliquid opticè elaboratum à fronte exhibendum eſt, obliqua figura opus eſt, ſin vero à latere contemplari velimus; facies ejus loco erit: ut videri poterit in ſchemate vigeſimo primo, ac vigeſimo ſecundo, in quibus arcum hunc utroque modo opticè proponemus.

FIGURA TERZA.

Coſa ſia Profilo, e ſpaccato.

ANche il profilo è neceſſario, sì all'Architettura, come alla Proſpettiva, e ſi fa alzandolo da un fianco della pianta tant'alto, che corriſponda all'altezza della facciata. Ora il profilo è di due ſorti, uno moſtra ſolamente il di fuori dell'opera come ſe foſſe rimirata di fianco: al modo che accade, quando da un lato ſi mira un volto humano, non apparendo altro che un'occhio, il contorno del naſo, e ſuo aggetto. L'altra ſorte di profilo ſi chiama ſpaccato, e rappreſenta il di dentro, come ſe veramente l'edifizio fuſſe diviſo in due parti: onde con queſto artificio poſſiamo rappreſentare l'interiore architettura di un Tempio, e per non partir dal propoſito, può ancora moſtrarſi queſt'arco trionfale diviſo in due parti, sì che appariſca la groſſezza de' muri, i vuoti, e i pieni, con i ſporti de' cornicioni corriſpondenti alle linee fatte nella pianta. Del reſto quando vogliam fare le proſpettive in faccia, ſempre fà biſogno del profilo, ma quando vogliamo mirarle di fianco, la facciata ſervirà di profilo, come potrà vederſi alle figure 21., e 22. dove metteremo in proſpettiva queſt'arco in amendue le maniere.

Figura 3.



Universidad de Granada
Biblioteca General

FIGURA QUARTA.

Oſtenditur quid ſit perſpectiva in homine quatuor pilas vidente.

ANtequam circinum, regulamque capiatis ad exhibendas opticæ figuras, maximè è re veſtra fore duxi exponere quid ſit Optica, non tamen philoſophicis definitionibus, quæ plurimùm ſunt intellectu difficiles, verùm exemplo quatuor pilarum opticè exhibitarum, ut ſi in explanatione aliquid non perciperetis ad figuram ipſam confugere poſſitis, tamquam ad veriſſimam verborum interpretem. Fingite igitur vobis hominem geminos habentem oculos, alterum in fronte notatum litterâ I, *alterum in pedibus notatum litterâ* O. *Utriuſque oculis ille proſpicit pilas opticè deſcribendas. Verùm quia oculis, piliſque interjacet ſuperficies* E, G, L, H, (*quæ licet hìc opticè ſit exhibita, fingitur tamen obliquè poſita eſſe*;) *eo fit ut radii oculares tranſeuntes per eam ſuperficiem videndi cauſa pilas; eam ſuperficiem multifariam ſecent: atque ob hanc rem obliquè poſita eſt, ut non appareat niſi ſimplex linea, quæ exhibet craſſitudinem ejuſdem ſuperficiei. Ea linea vocatur Linea ſectionum, propterea quod ſecetur à radiis ocularibus, quæ ſi à fronte poſita eſſet, profectò oculus eam pervadere nequaquam poſſet, proindèque, nec videret, quæ poſt eam latent. Cæterum ea ſuperficies nobis Pictoribus, atque Architectis vices gerit papyri, telæve, aut parietis in delineationibus. Jam verò notate diligenter altitudinem ſectionum, quas oculus* I *facit in ſuperficie* L, H, *in* 1, 2, *ea enim erit recta altitudo pilarum opticè exhibendarum. Videte etiam oculum* O *in veſtigio, atque à ſectionibus, quas facit in linea* E, G, *in* 3,4, *habebitis latitudinem cum totidem perpendicularibus. Jam videtis, opinor hoc ſchemate me eò tantùm ſpectaſſe, ut meam vobis mentem aperirem, ut clariùs ſit ſchema ſequens, utpotè primùm omnium ad delineandum. Ea verò omnia, quæ in hoc ſchemate opticè poſita videtis, in ſequenti diſponenda ſunt geometricè, ut videbitis, in quo etiam omnia, quæ hactenùs dicta ſunt, propono in veſtigio, & ex obliquo, tradoque regulam, qua deſumuntur menſuræ, quibus opticè exhibentur Architecturæ in papyris veſtris. Proindè potiſſimum ſtudium veſtrum, cura, ac diligentia in eo poſitum ſit, ut hoc fundamentum probè intelligatis, à quo unicè progreſſus veſter pendebit.*

FIGURA QUARTA.

Si dimoſtra in un'Uomo, che vede quattro pilaſtri, che coſa ſia proſpettiva.

PRIMA che voi prendiate in mano il compaſſo, e la riga per diſegnare in proſpettiva, hò giudicato utiliſſimo il dimoſtrarvi che coſa ſia proſpettiva, non con definizioni aſtratte, le quali per lo più ſon difficili a intendere; ma coll'eſempio di quattro pilaſtri meſſi in proſpettiva: acciochè, ſe nella ſpiegazione alcuna coſa non intendeſte, poſſiate ricorrere alla figura, come à fedeliſſima interprete delle parole. Immaginatevi dunque un'Uomo con due occhi, uno in fronte notato colla lettera *I*, l'altro ne' piedi notato colla lettera O. Con queſti due occhi egli mira i pilaſtri da metterſi in proſpettiva. Ma perchè fra gli occhi, & i pilaſtri ſi frapone la ſuperficie *E*, *G*, *L*, *H*, la quale, ancorchè quì ſia in proſpettiva, ſi ſuppone però, che ſia poſta in profilo. Da ciò naſce, che paſſando co' raggi viſuali per detta ſuperficie à fin di vedere i pilaſtri, venga in eſſa à far diverſe ſettioni: & à queſto fine appunto deve eſſer poſta in profilo, nel modo, che vedrete nella figura ſeguente, altrimenti ſe foſſe poſta in faccia, la viſta non potria vedere quel che da eſſa è coperto. Queſta ſuperficie, poi à noi Pittori, & Architetti ci ſerve come di carta, tela, ò muraglia per diſegnare. Oſſervate ora eſattamente l'altezza delle ſettioni, che dall'occhio *I*, ſono ſtate fatte nella ſuperficie *L*, *H*, in 1, 2, e quella appunto ſarà la giuſta altezza di pilaſtri in proſpettiva. Oſſervate poi l'occhio O in pianta, e dalle ſettioni, che fà ſulla linea *E*, *G*, in 3, 4, avrete la larghezza con altrettante perpendicolari. Ben vedete che con queſta figura io non ho preteſo altro, che ſpiegarvi il mio ſentimento, acciò più chiara ſia la figura ſeguente, come la prima a diſegnarſi. Tutto ciò dunque, che in queſta figura vedete in proſpettiva, nella ſeguente ſi deve diſporre geometricamente, come vedrete, nella quale propongo tutte le ſopradette coſe in pianta, & in profilo, & inſegno la regola, con cui ſi cavano le miſure per metter le voſtre Architetture in proſpettiva nelle voſtre carte. Però il voſtro ſtudio principaliſſimo deve conſiſtere in intender bene queſto fondamento, da cui dipenderà tutto il voſtro profitto.

FIGURA 5.

Figura 4.



FIGURA QUINTA.

Qua ratione ſuperiores pilæ diſponendæ ſint in veſtigio, & obliqua facie, ut opticè proponantur.

Veniamus jam ad ea, quæ propiùs ad rem noſtram ſpectant, & in hoc ſchemate, operis totius fundamento, jacimus. Ut igitur cum perſpicuitate procedamus, ſchema hoc totum in præparationes duas partiemur, relinquendo locum delineationi faciendæ à vobis. Hæ igitur præparationes conſtant in tribus rebus geometricè deſcribendis in veſtigio, & obliquè, ut vidimus in antecedenti, nempè, Architectura, puncto, & ſuperficie, vel chriſtallo. Igitur A, *erit Architectura in veſtigio*; P, *erunt pilæ quatuor ad perpendiculum diſpoſitæ, cum ſingulæ binarum vice ſint.* E, G, *erit veſtigium ſuperficiei,* L, H, *idem erit ſuperficiei parietis ex obliquo. Atque hìc ſcitote me ſuperficiei nomine intelligere ſuperficiem, murum, vel telam, vel chartam, in quam delineatio, vel pictura inducenda eſt: quæ ſuperficies, cum & ipſa deſcribenda ſit in veſtigio, & ex obliquo, non poteſt aliter notari, quàm ducta linea, quia corpore caret, à nobis deinceps in his explicationibus linea ſectionum nominanda.* O, *erit punctum, & oculi diſtantia*; & I, *erit alter oculus in obliquo. Tria hæc in plano conſtituantur, quale eſſet* M, N, R, S.

His ita digeſtis, antequam operi manus admoveatis, parate paginam X, V, K, T, *quæ neque ſit latior* E, G, *neque altior* I, H, *dividentes mediam, ducta linea perpendiculari* Y, *& alia plana* K, T, *quibus utemini ad figendos circini pedes in transferendis menſuris. Jam verò incipientes delineationem veſtram à perpendicularibus, eas invenietis ex ſectionibus, quas in linea decuſſationum* E, G, *faciunt radii oculares, diſcedentes ab angulis pilarum, & tendentes ad punctum* O: *has ſectiones circino transferetis, & erigetis numeris* 1. 2. *Quod ſi vultis lineas planas ad imponendum pilis terminum, deducetis ex* L, H, *linea ſectionum in obliquum repræſentata, ſingulas in* 2. 2. 1. 1. *ſuum locum transferentes, atque ita delinentionem veſtram abſolvetis. Supponendo in eadem delineatione alterum oculi punctum* Y, *non altiorem* N, I, *ut ſit regula linearum opticarum, ut patet ex hac figura. Cardo rei verſatur in hoc, ut vos recordemini in omnibus figuris hujus operis, lineam ſectionum in veſtigio* E, G, *adhiberi ad perpendiculares, illam verò, quæ eſt repræheſentata ex obliquo* H, L, *ad lineas planas, ac rurſus diligentem detis operam in illis transferendis circino, primis quidem figendo alterum circini in *, alterum in ſectionibus: & in translatione alterum pedem in linea* Y, *alterum in locis reſpondentibus. In transferendis verò his, quas ſecundo loco recenſuimus, figatur circini pes in linea* M, N, *in* G, *alter producatur uſque ad ſectiones: in transferendis autem, alter pes defigatur in linea* K, T, *alter producatur uſque ad reſpondentes locos. Demum hæc explicatio deberet ſufficere omnibus ſecuturis ſchematibus, cum in omnibus eadem ſit operatio, & diſpoſitio, modo eam penitùs intellexeritis. Non omittam tamen ſingulis ſuam explicationem ſubnectere, eorum ſaltem, quæ hìc dicta non ſunt, in commodum præcipuè eorum, qui in his facultatibus ſunt tyrones.*

FIGURA QUINTA.

Come i pilaſtri paſſati ſi diſpongono in pianta, & in profilo per diſegnarli in Proſpettiva.

Veniamo ora à quello, che più immediatamente appartiene al noſtro intendimento, ed in queſta figura gettiamo i fondamenti di tutta l'opera. Acciò dunque, che io proceda con chiarezza, dividerò la preſente figura in due preparazioni, laſciandovi luogo per il diſegno. Or queſte conſiſtono in far geometricamente quelle tre coſe in pianta, ed in profilo, che abbiamo veduto nella paſſata figura, cioè, l'Architettura, il punto dell' occhio, e la ſuperficie, ò criſtallo. Dunque *A*, ſarà l'Architettura in pianta, *P*, ſarà il profilo de' quattro pilaſtri paſſati, ſervendo uno per due. *E*, *G*, ſarà la pianta della ſuperficie, *L*, *H*, ſarà il ſuo profilo. E quì di nuovo ſappiate, che per nome di ſuperficie, intendo una muraglia, tela, ò carta, dove ſi hà à fare il diſegno, ò pittura, la qual ſuperficie, dovendoſi far anch'eſſa in pianta, ed in profilo, per non eſſer corpo, non può farſi, che con una ſemplice linea, quale in queſte mie dichiarazioni chiamerò ſempre linea del taglio. *O*, ſarà il punto, e diſtanza dell'occhio. *I*, ſarà il ſuo profilo. Queſte tre coſe ſiano collocate ſopra un piano, come ſarebbe *M*, *N*, *R*, *S*, ed il profilo di queſto piano ſia la linea *M*, *N*.

Ordinate le coſe in queſta forma, prima di por mano alla voſtra operazione, preparate una carta *X*, *V*, *K*, *T*, che non ſia più larga di *E*, *G*, nè più alta di *L*, *H*, dividendola nel mezzo *T*, con una linea perpendicolare occulta, ed un'altra per il piano *K*, *T*, quali ſerviranno per applicare una punta del compaſſo nel traſportar le miſure. Ora volendo voi cominciare dalle perpendicolari, le cavarete da' ſegamenti, che sù la linea del taglio *E*, *G*, fanno le viſuali, che partono da gli angoli de' pilaſtri, e vanno al punto *O*. Queſti tagli ſi traſportaranno col compaſſo, e ſi alzeranno ne' numeri 1. 2. Se volete poi le linee piane per compire i pilaſtri, le cavarete dalla linea del taglio in proffilo *L*, *H*, traſportando ogn'una di eſſe à ſuo luogo, come in 2. 2. 1. 1. ed il voſtro diſſegno ſarà compito. Supponendo però sù la carta un'altro punto d'occhio *T*, non più alto dal piano, che *N*, *I*, per guida delle viſuali, come chiaramenete ſi vede. Tutto il negozio conſiſte ora, che voi teniate à mente in tutte le figure, che ſeguiranno, che i tagli della linea in pianta *E*, *G*, ſervono per le perpendicolari, ed i tagli della linea in proffilo *L*, *H*, ſervono per le piane, e nel ſaperle traſportare col compaſſo. Le prime applicando una punta del compaſſo in *, e l'altre sù i tagli, e nel traſporto una punta sù la linea *T*, e l'altra a' luoghi corriſpondenti. Le ſeconde una punta sù la linea *M*, *N*, in *G*, e l'altra sù i tagli, e nel traſporto una punta sù la linea *K*, *T*, e l'altra a' luoghi corriſpondenti. Per fine ſappiate, che queſta prima ſpiegazione dovrebbe baſtare per tutte le altre, per eſſer' in tutte la medeſima operazione, e diſpoſizione, purchè ſi ſia molto ben capita. Non laſcierò per tanto di dar à tutte la ſua ſpiegazione, almeno delle coſe, che non ſi ſono dette in queſta, particolarmente per quelli, che hanno meno eſperienza in queſte arti.

FIGURA 6.

Figura 5.



FIGURA SEXTA.

Octoni ſtylobatæ ſine coronis.

SI meminiſtis eorum, quæ ſuperiori ſchemate dicta ſunt, non erit hìc vobis magnopere laborandum, quoniam diſpoſitio, & explicatio utrobique eadem eſt; hìc duntaxat numerus ſtylobatarum major eſt, quàm in ſuperiori eſſet pilarum. Cæterum oculus O, *videns angulos iſtorum ſtylobatarum, radiis ſuis lineam ſectionum* E, G, L, H, *multipliciter ſecat. Hæ ſectiones neceſſariæ ſunt, tùm pro veſtigio, cùm pro elevatione, vel obliqua facie; ſed transferendæ ſunt circino, ut ſupra docuimus, ad habendas perpendiculares lineas, & planas, in charta* X, V, K, T, *ex quibus ſtylobatæ opticè exhibeantur. Hæc quidem ad praxim. Addam tamen ſingulis ſchematibus aliquid, undè addiſcentium captui conſulatur. Et in hoc vellem, ut ſejungeretis chartam* X, V, K, T, *à reliquo opere, illam dividentes linea in medio, & alia in plano, notantes punctum oculi, ut in ſuperiori, cujus altitudo deſumetur ab* N, I. *Littera* A, *eſt veſtigium*; P, *eſt obliqua facies ſtylobatarum.* M, N, R, S, *eſt veſtigium.* M, N, *eſt obliqua facies plani.*

FIGURA SESTA.

Otto piediſtalli ſenza cornici.

SE vi ricordate di ciò, che abbiamo detto nella regola precedente, poco faticherete ad intendere ancor queſta. Imperciocchè la diſpoſizione, e ſpiegazione è la medeſima. Solo quì è maggiore il numeto de' piedeſtalli, di quello, che foſſero i pilaſtri. Del reſto l'occhio *O*, vedendo gli angoli di queſti piedeſtalli, fà con le viſuali tanti ſegni sù la linea dal taglio *E*, *G*, in pianta, & *L*, *H*, in elevazione, over profilo, da traſportarſi poi, come dicemmo di ſopra, per le perpendicolari, e piane da fare i piedeſtalli in proſpettiva sù la voſtra carta *X*, *V*, *K*, *T*. Queſto è quanto appartiene alla prattica. Avertirò ancora qualche coſa in ogni figura, che ſerva di maggior elucidazione. Ed in queſta vorrei, che ſeparaſte la carta *X*, *V*, *K*, *T*, dal reſto dell'operazione, dividendola con una linea nel mezzo, ed un'altra nel piano, notando il punto dell'occhio, come nella pianta, l'altezza del quale la prenderete da *N*, *I*. La lettera *A*, è la pianta; e *P*, è il profilo de' piedeſtalli. *M*, *N*, *R*, *S*, è la pianta. *M*, *N*, è il profilo del piano.

FIGURA 7.

Figura 6.



FIGURA SEPTIMA.

Octo Stylobatę coronis ornati.

Scio ingenia vividiora ſemper adſpirare ad conſequendas, quam celerrimè, facultates, ac ſcientias, quas aggrediuntur. Quamobrem volo ipſis morem gerere: ita tamen, ut ne labor vires excedat. Propono proinde eoſdem Stylobatas ruditer elaboratos, ideoque Schema hoc nihil differt à ſuperiori, niſi projecturis: quarum ſectiones factas de more in linea ſectionum, transferre oportet in chartam, ubi deformatio facienda eſt. Atque eamdem chartam hìc appoſui pro majori commodo, tum, ut faciliùs videri poſſit num perpendiculares reſpondeant ſectionibus lineæ in veſtigio, earumque altitudines ſectionibus lineæ in elevatione. Optica porrò delineatio, ut diximus, poterit ſeorſim perfici, quò magis ars celetur.

FIGURA SETTIMA.

Otto Piediſtalli ornati di cornici.

SO, che gl'ingegni ſpiritoſi aſpirano à poſſedere preſto qualunque arte, ò ſcienza, che intraprendono: onde io voglio compiacere alle lor brame, in tal maniera però, che le difficultà del lavoro non ſieno ſuperiori alle lor forze. Vi propongo per tanto i piediſtalli paſſati ſcorniciati alla groſſa, onde queſta Figura non hà più della paſſata, ſe non li aggetti, le ſezzioni de' quali, fatte al ſolito ſulla linea del taglio, ſi traſporteranno ſul voſtro diſegno, quale pongo ſulla ſteſſa carta, sì per maggior commodità, come, acciocchè poſſiate vedere le miſure, e confrontare ſe le perpendicolari corriſpondono a' tagli della linea in pianta, e le loro altezze a' tagli della linea in elevazione. Il diſegno poi in proſpettiva, come abbiamo detto, potrà farſi da parte, perchè neſſuno diſcuopra il voſtro artificio.

Figura 7.



FIGURA OCTAVA.

Columnæ ſex in orbem digeſtę.

RES etiam rotundæ, in quibus opticè elaborandis difficultas non levis ſuperanda eſt, hac methodo facilè deſcribentur. Quaritis ne quî id fiat? ratio in promptu eſt, nam ea, quà nunc utimur agendi ratione, nil requirit, præter veſtigium, obliquamque faciem geometricam: ea verò, quam priori volumine tradidimus regulam, requirebat ut opticè proponerentur veſtigium ipſum, atque obliqua facies geometrica, non ſine magno labore, temporiſque jacturà. Ne tamen proindè vobis in animum inducatis in hac, quà modò utimur regulà, laboris ferendum eſſe nihil: id enim vaniſſimum eſſet, ajo tamen, eum fore multis partibus minorem, immò deinceps illum ipſum mollitum iri.

Cæterum agendi ratio in hac figurà eadem eſt, quam hactenùs ſecuti ſumus. Addo ſolùm circulos veſtigii A, *eò quod angulos habeant nullos, operationem reddere faciliorem, cum in lineam ſectionum non ferant, niſi lineas duas perpendiculares in columnas ſingulas. Verum eadem columna* P, *obliquæ duas itidem ſingulæ faciunt ſectiones ſupra, atque infra, ut apparet in linea* L, H, *quæ ſectiones adhibentur ad inclinandos, atque erigendos in columnis adumbratis parvos circulos occultos, ut ipſis terminus, moduſque imponatur, eà qua decet elegantià, ac venuſtate: ut videre eſt in ſchemate* X, V, K, T, *Litteræ autem* M, N, R, S, *ſunt plani veſtigium,* M, N, *idem eſt obliquum;* O, *eſt punctum oculi in veſtigium:* I, *eſt punctum ejuſdem ex obliquo.*

FIGURA OTTAVA.

Sei Colonne in circolo.

ANche le coſe rotonde, per altro difficili à mettere in proſpettiva, facilmente ſi potranno mettere con queſta regola. Sapete perchè? perchè la regola di cui ci ſerviamo non hà biſogno d'altro, che della ſola pianta, e profilo geometrici, dove che la regola inſegnata nel mio primo Tomo ricercava, che ſi metteſſero in proſpettiva le ſteſſe piante, e profili geometrici, con gran fatica, e conſumo di tempo. Non v'immaginate però, che in queſta regola, che ora uſiamo, non ſi debba ſopportar veruna fatica, perche queſto è vanità, dico bene, che è molto minore, e queſta ſteſſa ſi anderà à poco à poco ſpianando.

Del reſto l'operazione in queſta figura è al ſolito, ſolo aggiungo, che i circoli della pianta *A*, per eſſer ſenz'angoli, fanno ancor più facile l'operazione, perchè non portano sù la linea del taglio, che due linee perpendicolari per colonna. Bensì le ſteſſe colonne *P*, in profilo danno due tagli ſotto, e ſopra per colonna, come ſi vede sù la linea *L*, *H*, le quali ſervono per dar' alle colonne ombreggiate l'alzata, e calata de' loro circoletti occulti, per dargli il termine col garbo loro dovuto: come ſi vede ſul diſegno *X*, *V*, *K*, *T*. Le lettere poi *M*, *N*, *R*, *S*, ſono la pianta del piano, *M*, *N*, è il ſuo profilo; *O*, è il punto in pianta; *I* è il profilo dell' iſteſſo punto.

Figura 6.



FIGURA NONA.

Pilæ octo puſillę in orbem diſpoſitę, inibique inſertum perutile documentum.

Hic verò fieri poteſt ut aliquam vos in difficultatem incurratis, cum opticè elaborandæ ſint pila aliquot in orbem diſpoſita, quarum anguli omnes in centrum collimant: verum non eſt cur animum deſpondeatis: deſcribite proinde vos etiam veſtigium, obliquamque faciem, quemadmodum videtis in ſchemate, erigentes ab angulis ſingulis lineas ſingulas, imponenteſque illis eum, quem volueritis altitudinis modum. Hæc ubi digeſta ſint de more, nempè oculi diſtantia, ac linea ſectionum, hanc ſequemini agendi rationem. Pro inducendis lineis ſcriptorio atramento, aliove colore, aut deſcribendis ſectionibus, quæ multiplicitate ſua poſſent oculis tenebras offundere, tenuiſſimum filum oculi puncto affigetis, vel regulam eidem oculo, ſinguliſque pilarum angulis applicabitis. Hac ratione linea ſectionum decuſſabitur multipliciter: eas decuſſationes ope circini, tùm pro lineis perpendicularibus, tùm pro tranſverſis transferetis: qui ſanè agendi modus utiliſſimus eſt, atque ad delineanda ea, in quibus multa ſunt membra, longè accommodatiſſimus. Addo præterea nihil, cum pro certo ſumam, eſſe vos in hujuſmodi exercitationibus ſatis verſatos. Illud tamen moneo, ut centra conſideretis X. V. *ad lineas dirigendas, quæ eò ſpectant.*

FIGURA NONA.

Otto pilaſtrelli in circolo, con un documento.

OR quì per avventura v'incontrerete in qualche difficoltà, dovendo metter in proſpettiva un circolo di pilaſtrelli, gli angoli de' quali tutti vanno nel centro. Non temete però, ma fate voi ancora una pianta, e profilo, come nella figura vedete, alzando per queſto profilo da ogni angolo della pianta una linea, dando ad eſſa quel termine di altezza, che à voi piacerà. Come poi avrete le altre coſe diſpoſto, conforme al ſolito, cioè la diſtanza dell' occhio, e la linea del taglio; opererete così. In luogo di tirar le linee con inchioſtro, ò altra materia, ò di far' i tagli, che potriano cagionar confuſione per la multiplicità, attaccherete un ſottiliſſimo filo al punto dell'occhio, ovvero ad eſſo applicherete la riga, ſtendendola ad ogni angolo de' pilaſtri. In tal modo nella linea del taglio averete varie ſezioni, quali traſporterete poi con il compaſſo, tanto per le linee perpendicolari, quanto per le piane. Queſta maniera di operare ella è utiliſſima, e di grande importanza, maſſimamente ne' diſegni più copioſi. Altro non aggiungo, ſupponendovi già quaſi iſtrutto. Solo avvertite a' centri *X. V.* per regolar le linee, che vanno ad eſſi.

Figura 9.







FIGURA DECIMA.

Stylobatæ quatuor in ſemicirculi figuram circumacti, itidemque traditum aliud documentum.

QUoniam hoc in ſchemate orbiculato vellem vos docere, qua ratione ſuperandæ ſint, quæ occurrent difficultates in aliis figuris implexioribus, magiſque operoſis; cuperem ſolito acriùs mentis aciem intenderitis: unuſquiſque enim tam æquiſſimo animo fert laborem, quàm experitur maximam in laborando facilitatem. Potiſſima igitur difficultas, quæ occurrit in elaborandis, proponendiſque Opticè bis pilis geometricis P, *aliiſve figuris orbiculatis ſita eſt in variis verſuris obliquarum facierum, aut Orthographiarum: cum enim veſtigium* A. *varias exhibeat facies, eò fit, ut in Ortographia variæ erigantur verſuræ, quarum multiplicitas, in figuris præſertim operioſioribus, non levem parit perturbationem. Quamobrem, licet in hac ego figurà extrema lineamenta appoſuerim, vellem tamen impoſterum ab eis deſcribendis abſtineritis omninò, uti à me factum videbitis in figura* 14. *&* 24. *ſed uteremini dumtaxat altitudinibus linearum tranſverſarum, quæ ducuntur pro altitudine membrorum Architecturæ, & ſuper eis circino indicaretis earum verſurarum angulos, quas ego ductis lineis deſignavi. Volentes igitur opticè proponere pilas has in* B, *facilè earum perpendiculares lineas, juxta ſolitum, erigetis: verùm nequaquam erit ita facilè eaſdem abſolvere lineis curvis, quæ loco tranſverſarum apponuntur, niſi diligenter curetis eum ſumere angulum obliquæ faciei, qui angulo veſtigii reſpondet. Ut igitur ab omni erroris periculo evadatis, ſingillatim angulos ſingulos à veſtigio in lineam obliquæ faciei, ubi propriæ verſuræ ſunt, transferatis oportet, ſtatim atque perpendicularem lineam duxeritis. Hac demùm ratione in papyrum, telamve delineando operi paratam ducentes lineas unaſquaſque ſingillatim, eodemque tempore altitudinem, ac latitudinem invenientes, nihil indigebitis verſurarum in facie obliqua, confuſionem devitabitis, non ſine maximo laboris compendio.*

FIGURA DECIMA.

Quattro Piediſtalli in mezzo circolo, dove ſi dà un'altro documento.

PErchè in queſta figura rotonda vorrei inſegnarvi à ſuperar le difficoltà, che vi occorreranno in altre più intrigate, e laborioſe; deſidererei da voi un'applicazione di mente ſtraordinaria: perchè tanto più volontieri altri ſi affatica, quanto è maggiore la facilità, che trova nel faticare. Dunque la maſſima difficoltà, che ſi pruova in metter in proſpettiva queſti piediſtalli geometrici *P*, ò altre figure rotonde, conſiſte ne' varj contorni de' loro Profili, overo Elevazioni: imperciocchè moſtrando la Pianta *A*, varie faccie, da ciò ne ſiegue, che nell'Elevazione ſi alzino ancora varj contorni, la moltiplicità de' quali, maſſimamente in figure copioſe, partoriſce non poca confuſione. Per tanto, ancorchè in queſta figura io abbia poſto i ſuoi contorni, vorrei nondimeno, che in avvenire voi non ne poneſte neſſuno, come vedrete nelle Figure 14. e 24. ma vi ſerviſte ſolo delle altezze delle linee piane, quali ſi debbon fare per le altezze de' membri dell'Architettura, e ſopra quelle accennaſte col compaſſo gli angoli de' contorni, che con la linea hò eſpreſſi. Volendo adunque mettere in proſpettiva queſti Piediſtalli in *B*, vi ſarà facile l'alzar le loro perpendicolari, conforme al ſolito: ma non vi ſarà così facile il terminarle colle linee curve, che ſi fanno in luogo delle piane, ſe non ſtate attento à pigliar quell'angolo del Profilo, che corriſponde agli angoli della Pianta. Or per isfuggir il pericolo di errare, conviene, che voi traſportiate dalla Pianta in ſu 'l Profilo dove ſono i proprj contorni, un'angolo alla volta, e di eſſa vi ſerviate, ſubito che tirata avrete la linea perpendicolare. In tal maniera tirando una linea per volta ſu'l voſtro diſegno, e trovando l'altezza, e larghezza allo ſteſſo tempo; non averete alcun biſogno di verun contorno nel Profilo, e sfuggirete la confuſione, e ſarà molto minore la voſtra fatica.

Figura 10.







FIGURA UNDECIMA.

Quadratum ſimplex opticè repreſentatum.

Faciliùs à difficilioribus ad faciliora deſcenditur, quam è contrario: ita fiet in hoc quadrato, quod videbatur jam tum ab initio proponendum; verùm conſultò in hunc locum rejeci, ut tyrones edocti regulam quam propoſuimus, poſſent hìc faciliùs exercere. Huic quadrato A, *quòd nil præter ſuperficiem habet, nulla ejus elevatio fieri poteſt, quàm notando in linea plani duo puncta* 1. 2. *nam ejus interſectiones dabunt altitudinem, anguli verò exiſtentes in veſtigio latitudinem: ubi verò utræque interſectiones translatæ invicem incurrent in punctum, ubi erit locus deſcribendi puncta quatuor* 1. 2. 3. 4. *quæ apparent ad circumducendam lineam quadrato, quod opticè elaboratur in charta: Sive autem opticam deformationem hìc, ſive ſeorſim efficias; oculi punctum* O. *nec remotiùs quàm ab* E, F, *nec altiùs quàm ab* N, *ad* I, *collocabis.*

A, *Veſtigium quadrati ſola ſuperficie conſtantis.*
M, N, R, I, *Veſtigium plani.*
S, E, *Veſtigium lineæ ſectionum.*
S. *Punctum oculi in veſtigio.*
1. 2. *Quadratum obliquum ſola ſuperficie conſtans.*
M, N, *Planum obliquum.*
S, E, *Linea ſectionum obliqua.*
I, *Punctum oculi obliqui.*
X, *Deformatio optica quadrati.*
O, *Punctum oculi in eodem.*

FIGURA UNDECIMA.

Quadrato ſemplice in proſpettiva.

Sarà ſempre più facile da una maggior difficoltà paſſare ad una minore, che viceverſa: così ſuccederà in queſto quadrato, che pareva doverſi metter al principio, ma a bello ſtudio l'ho poſto in queſto luogo, acciochè i Scolari eſercitaſſero con più facilità la regola, che vado loro inſegnando. A queſto quadrato *A*, che è puramente ſuperficiale, cioè ſenza corpo, non ſe gli può alzar altro profilo, che ſegarlo sù la linea del piano con due punti 1. 2. perchè le ſue interſezzioni vi daranno le altezze, e gli angoli della pianta vi daranno le larghezze, e dove queſte, e quelle corriſpondenti nel traſportarle s'incontreranno à far un punto ſolo, ivi ſarà il luogo da far i quattro punti, che vedete ſegnati 1. 2. 3. 4. per la linea attorno, e compir il quadrato in proſpettiva ſul voſtro diſegno, nel quale (o vogliate farlo quì, ò ſeparatamente) non porrete il punto dell'occhio *O*, nè più largo, che da *F*, *E*, nè più alto, che da *N*, *I*.

A, Pianta del quadrato ſuperficiale.
M, *N*, *R*, *I*, Pianta del piano.
S, *E*, Pianta della linea del taglio.
I, Punto dell'occhio in pianta.
1. 2. Profilo del quadrato ſuperficiale.
M, *N*, Profilo del piano.
S, *E*, Profilo della linea del taglio.
I, Punto dell'occhio in profilo.
X, Diſegno del quadrato in proſpettiva.
O, Punto dell'occhio del ſuddetto.

FIGURA 12.

Figura 11.

FIGURA DECIMASECUNDA.

Quadratum duplex.

Reſcet magis magiſque facilitas repetendo quadratum, de quo ſupra dictum eſt, addendo hoſce circulos in medio, ac transferendo ſectiones ſingulas in decuſſationum lineam exiſtentem in veſtigio; quod ſi animum diligenter adverteritis, invenietis lineas quadratorum opticè elaboratorum incidere in eamdem altititudinem ſectionum, ac rurſus ſi perpendetis alias ſectiones veſtigii, deprehendetis illis alteris reſpondere. Cum autem opticam deformationem delineare velis ſive hìc, ſive alibi, ne ſit remotior linea ocularis ab G. L., *quam uſque ad* G.E., *neque altior a* G.H., *quam ad* N. I. *oculi autem punctum erit* H. *ad conficiendam adumbrationem.*

FIGURA DUODECIMA.

Quadrato doppio.

Reſcerà via più l'intelligenza col replicar il quadro ſuperficiale con queſti circoli nel mezzo, con portar ogni angolo sù la linea del taglio della pianta, e del profilo; che ſe oſſerverete, vedrete incontrar le linee de' quadrati in proſpettiva alla medeſima altezza de' tagli, e ſe miſurerete li altri tagli della pianta, li vedrete incontrar con gli altri. Quando volete far il diſegno quì, o altrove, la linea dell'occhio non deve eſſer più larga da *G. L.* che da *G. E.* nè più alta da *G. H.* che *N. I.* ed *H.* ſarà il punto dell' occhio per il diſegno.

FIGURA 13.



Figura 12

FIGURA DECIMATERTIA.

Circulus ſimplex.

Græ intelligere potuiſſetis quanti interſit hunc circulum opticè deſcribere, ſi jam tum ab initio propoſuiſſem vobis, cum opus ſit minimè facile, eum proindè in hunc locum rejeci, ut vos doctiores effecti in hac facultate alacriùs ad opus aggrederemini, cujus difficultas in eo, vel maximè ſita eſt, quod circuli non poſſunt opticè deſcribi, neque circino, neque regulâ, quod eorum peripheria non ſit omninò rotunda, ſed curvata plus, minùs, prout ab oculo recedit magis, vel minùs. Exacuendum proindè ingenium, artiſque incommoda ſuperanda ſunt induſtria: itaque diviſiones facienda ſunt plures in circulo geometrico, quæ in veſtigio per latitudinem, in obliquâ fronte per altitudinem inventæ, atque in unum punctum conjunctæ, oſtendunt rationem curvandi lineam mediocriter, prout ratio, & neceſſitas exiget. Itaque diviſi hunc circulum in partes ſexdecim numeris adſcriptis, tranſtulique novem earum in planum obliquum, eo quod in elevatione ſingulæ pro binis ſint, ut apparet in lineâ ſectionum, & videbitis ſectiones veſtigii reſpondentes illis, quæ ſunt in obliquâ elevatione, in unum punctum concurrere in circulo opticè conſcripto. Ad videndum autem an negotium proceſſerit, oculum ponetis in D, *invenietiſque radium ocularem* 11. *ſecare* 15. *illum verò* 7. *decuſſare* 3.

FIGURA DECIMATERZA.

Circolo ſemplice.

NOn avereſte ben compreſa la neceſſità d'imparar bene à far queſto circolo in proſpettiva, ſe io ve l'aveſſi propoſto al principio, perciocchè è lavoro alquanto difficile, onde hò giudicato convenevol coſa rimetterlo à queſto luogo, quando credo, che vi farete aſſuefatti à vincer le difficoltà. La malagevolezza del lavoro conſiſte in queſto, che i circoli non ſi poſſon metter in proſpettiva nè col compaſſo, nè colla riga, à cagione, che la circonferenza non è rotonda, ma curva più, ò meno, conforme più ò meno ſi slontana dall'occhio. Convien però aguzzare l'ingegno, & adoperare l'induſtria, facendo molte diviſioni nel circolo geometrico, quali trovate in pianta per larghezza, ed in profilo per altezza, e combinate in un ſol punto, ci danno la guida per tirar deſtramente una linea con minor, ò maggior curvità, come biſogna. Hò diviſo però queſto circolo in ſedici parti notate con numeri, e ne hò traſportate in ſul piano in profilo nove, perchè in elevazione, quaſi ciaſcheduna ſerve per due, come potrete vedere miſurandole sù la linea del taglio, e vederete, che le ſezioni della pianta corriſpondenti à quelle del profilo, s'incontrano à far un punto ſolo nel circolo in proſpettiva. Per veder poi ſe l'operazione è proceduta bene, metterete l'occhio in *D*, e troverete, che la viſuale delle 11. taglia sù le 15: e quella delle 7. in quella delle 3.

FIGURA 14.



Figura 13.

FIGURA DECIMAQUARTA.

Hemi-cycli tres.

Hìc adhuc clariùs apparent diverſæ curvitates, quas ab optica recipiunt tres hi ſemicirculi, prout magis, magiſve ad H, I, *horizontem accedunt. Jam verò, nunc etiam nè diutiùs in verbis immoremur, accepto circino, videamus num ſectiones lineæ* G, F, *reſpondeant in latitudine puncti linearum curvarum, & an ſectiones lineæ* G, H, *reſpondeant in altitudine; Nihil enim præterea requiritur modum, rationemque probè tenenti. Circuli tamen quadrantem deſcripſi ſolùm in* A, *quòd hoc tantùm ſufficiat, translatis hinc indè menſuris* G, F, *Ex conſequturo autem ſchemate, videbitis, quàm neceſsè ſit uti his diviſionibus: curando tamen, ut latitudines, altitudineſque in unum punctum conveniant. Hunc agendi modum, ubi bene perceperitis; nihil vobis veniet in mentem, quod non facili negotio exprimere, ac delineare poſſitis.*

FIGURA DECIMAQUARTA.

Tre ſemicircoli.

QUì ſi vedono anche più chiaro le diverſe curvità, che prendono in proſpettiva i tre ſemicircoli di mano in mano, che vanno accoſtandoſi all'orizonte *H*, *I*. Or ancor quì, ſenza moltiplicare in parole, prendete il compaſſo, e provate ſe i tagli della linea *G*, *F*, corriſpondono in larghezza a' punti delle linee curve, e ſe i tagli della linea *G*, *H*, corriſpondono in altezza; e ſenza più, avrete capito il modo. Ho fatto ſolo un quarto di circolo in *A*, perchè tanto baſta, ribattendo però quà, e là le miſure *G*, *F*. Dalla figura, che ſiegue, vedrete queſta neceſſità, di ſervirſi di queſte diviſioni, avvertendo però, che le larghezze ſi accordino coll'altezze à far un punto, e dal ben apprendere queſto modo di operare, farete con ogni facilità quanto vi verrà in penſiere.

FIGURA 15.

Figura 14.



FIGURA DECIMAQUINTA.

Aræ maximæ hemi-cyclus Architecturâ ornatus.

Certò ſpero, ubi ſchema hoc videritis, fore, ut ſubeat animum voluntas ſtudendi Architecturæ, ut eam opticè proponatis; Atque id cauſæ fuit, ut ego vos jam tum ab initio monuerim, Architecturæ peritiam præmittendam eſſe opticæ, ut hæc haberet paratam materiam, circa quam verſari poſſet. Verùm ſi confiditis poſſe ſchema iſtud opticè elaborare, regulam ex ſuperioribus habetis, licèt maximè hic excreſcant membra, in lineam ſectionum, tàm in veſtigio, quàm in elevatione transferenda. Hoc unum ſatis liquet, latitudines perpendicularium, & non perpendicularium omnes ad unam inventum iri in linea E, G, *ſectionum in veſtigio, transferendas ſingillatim, adnotandaſque tenuiſſimo circini puncto, ne linea ſectionum penitùs oppleatur. Idem in obliquâ lineà facietis, ut altitudines habeatis. Notandum tamen hìc ad habendas coronidum, capitellorumque projecturas, conſulendum eſſe veſtigium, atque ab eo in ſua loca transferendas, ubi nempè eorum extrema lineamenta fuiſſent; ſiquidem placuiſſet abſolvere. Verùm ad vitandam ſectionum multiplicitatem ſervetur regula nuper tradita: In hanc rem plurimas ego quoque oculares prætermiſi, ſolumque tres, vel quatuor appoſui, ut videretis, an ſuis locis reſponderent. Mox oſtendam ſequenti ſchemate ſectionum lineam ubique ſtatui poſſe.*

FIGURA DECIMAQUINTA.

Tribuna d'Architettura ornata.

Senza dubbio, in veder queſta figura vi verrà voglia di ſtudiar l'Architettura per metterla in proſpettiva. E perciò io vi avviſai fin da principio, che l'Architettura ſi dovea imparar prima della proſpettiva, eſſendo quella la materia di queſta. Ma ſe vi dà l'animo di metter queſta figura in proſpettiva, ſervitevi della medeſima regola, benchè creſchino in gran numero i membri da traſportar sù la linea del taglio, tanto in pianta, quanto in elevazione. Certo è, che le larghezze delle perpendicolari, ò non perpendicolari di queſto diſegno, le troverete tutte sù la linea del taglio *E*, *G*, in pianta, con traſportarle ad una per volta, ſenza far altro ſegno, che colla punta del compaſſo, per non empire la predetta linea di ſezioni. Così farete ſul profilo per avere le altezze. E quì notate, che per avere gli aggetti de' cornicioni, architravi, e capitelli, biſogna traſportarli dalla pianta a' ſuoi luoghi, dove ſariano ſtati i proprj contorni, ſe li aveſte voluti perfezzionare: ma per ſchivar la confuſione, ſi ſegnano ad uno per volta con un punto, per aver le loro ſezioni nella linea *E*, *G*, *L*, *H*, e di là traſportarli ſul diſegno. A queſto medeſimo fine di non confondervi in queſta figura, hò laſciato gran parte delle linee viſuali, e ſolo ne hò propoſte tre, ò quattro, acciocchè veggiate ſe corriſpondono a' luoghi loro. Nella ſeguente figura io vi moſtrerò, che la linea del taglio può metterſi dove ſi vuole.

FIGURA 16.

Figura 15.



FIGURA DECIMASEXTA.

Tres ſtylobatæ teretes, cum uno documento.

AB hoc ſchemate addiſcetis commodam rationem ex parvo veſtigio, obliquàque facie majus opus delineandi, vel ſi placet, è converſo. In hanc rem propono ſtylobatas tres inæqualium inter ſe commenſurationum, quæ inæqualitas provenit ſolùm ex inæquali diſtantiâ interjectâ inter oculum, & lineam ſectionum; ut videre eſt ex lineis tribus AB, CD, EF, *in quibus inæquales fierent ſectiones, ſi oculares radii ab eodem oculo proficiſcerentur, diverſis in diſtantiis ſito, ac proindè diverſæ etiam eſſent, ac inæquales latitudines, atque altitudines. Quapropter ſtylobates* G *evaderet majôr aliis duobus, propter ſectiones lineæ* AB: *ſtylobates* H *antecedenti minor paulò, propter ſectiones lineæ* C D: *ſtylobates autem* I. *altero adhuc brevior, ob ſectiones lineæ* EF; *ut patet ex ſchemate, multòqae magis pateret periculo, ſi quis vellet id facere.*

FIGURA DECIMASESTA.

Tre piedeſtalli rotondi, con un documento.

DA queſta figura imparerete una bella induſtria di far un diſegno grande da una pianta, e profilo piccolo, ò viceverſa. Vi propongo à queſt'effetto queſti piediſtalli di differenti miſure, la qual diverſità proviene ſolo dalla diverſa lontananza, che ha l'occhio dalla linea del taglio, come appariſce dalle tre linee *AB*, *CD*, *EF*, nelle quali ſi fariano diverſe ſezioni, ſe le viſuali partiſſero dall'iſteſs'occhio, che foſſe in diverſa diſtanza, e per conſeguenza ſarebbono ancor diverſe le altezze, e larghezze: onde il piedeſtallo *G*, riuſcirebbe più grande, per le ſezioni della linea *A*, *B*. Il piediſtallo *H*, alquanto più piccolo, per le ſezioni della linea *CD*; & il piediſtallo *I.* ancor più piccolo dell'altro, per le ſezioni *EF*, come ſi vede nella figura, molto più per iſperienza, chi vorrà farla.

FIGURA 17.

Figura 16.

A C E











B D F

FIGURA DECIMASEPTIMA.

Stylobates quadratus, traditaque hìc alia ratio eòdem pertinens.

Aliud inventum majus faciendi opus ex vestigio, obliquave fronte, quæ parva sit, ejusmodi est. In transferendis sectionibus à linea decussationum E, G, *duplo majores accipiantur mensuræ, uti hìc in præsenti stylobate factum vides. Hæc industria primò mihi profuit, ut in papyro hoc schema totum concludi, ac facilìùs cognosci posset: Speroque fore, ut vobis etiam usui futura sit, ubi ea uti velitis: imò, ut vos magis magisque ad faciendum periculum incitarem in delineatione Geometrica, mensuras apposui proprias. Tota nimirùm altitudo erit latitudo trium columnarum, cum una parte tertia: in octo deinde partes dividatur; quarum una coronidem conficiet, sequentes duæ plintum, & basim; aliæ verò reliqui stylobatis complemento inservient: Uti notatum in hoc schemate videre est.*

FIGURA DECIMASETTIMA.

Piedestallo quadrato, con un'altro documento.

VN'altra industria per ingrandir il disegno da una pianta, e profilo piccolo è questa; cioè, con raddoppiar le misure nel trasportar le sezioni della linea del taglio *E*, *G*, come hò fatto quì con questo piedistallo. Questa industria ha servito prima à me, acciocchè in questa carta capisse tutto il disegno, e compariſſe più visibile, e potrà servire anche à voi, quando ne abbiate voglia: anzi per incitarvi alla pruova nel disegno geometrico, vi ho posto le proprie misure. Cioè, tutta l'altezza sarà la grossezza di tre colonne, ed un terzo. Poi spartita in otto parti, una di quelle sarà la cimasa, due altre il zoccolo, e la base: le altre per il resto del piedistallo, come si vede notato.

FIGURA 18.

BIBLIOTECA NACIONAL
Archivo General
GUATEMALA

O

E



I

G

Figura 12

FIGURA DECIMAOCTAVA.

Stylobata teres, gradibus insistens.

Varietas omnibus in rebus condimento est. Quare, aut eadem paulò immutata, aut omninò diversa vobis proponendo, vegetiores, atque alacriores vos reddam; animumque vestrum incendam cupiditate magis proficiendi in dies: adeout nihil sit, quod non à vobis opticè elaborari possit. Hìc iterum industriæ vestræ, profectûsque habiti, in hac facultate, periculum facio, teretem Stylobatem proponendo; ut videam, an probè teneatis circulorum regulas, quas paulò ante tradidimus. Id ut intelligatis, nihil repeto eorum, quæ alias dixi. Dicam solummodò, lineam sectionum esse G, E, *oculum in vestigio* O, *oculum obliquum* I, & *idem* I, *esse oculum ad adumbrationem; quæ major etiam evasit propter duplicatas mensuras.*

FIGURA DECIMAOTTAVA.

Piedestallo rotondo sopra gradini.

LA varietà è condimento di qualunque cosa; onde io mettendovi avanti, ò le stesse cose alquanto mutate, ò altre del tutto diverse, credo, che terrovvi più desti, & accenderò il vostro desiderio di sempre più approfittarvi: sicchè non vi sia cosa, che non sappiate metter' in prospettiva. Quì torno à cimentare l'industria vostra, proponendovi questo piedestallo tondo, per vedere, se avete ben compreso la regola de' circoli, che più addietro v'insegnai. Ed à quest'effetto nulla replico di ciò, che hò detto altre volte. Dirò solo, che la linea del taglio è *G*, *E*, l'occhio in pianta *O*, l'occhio per il profilo *I*, ed *I*, parimente è l'occhio per il disegno riuscito anch'egli più grande, per le misure raddoppiate.

FIGURA 19.





FIGURA DECIMANONA.

Tres lapides ſibimet impoſiti.

PAr eſt, ut etiam labores habeant vices ſuas; quare poſt ſchema nuper propoſitum, quod fortaſſis vobis acciderit perdifficile, aliud proponam longè faciliùs, temerè elaboratum, & citra regulas architecturæ: Verùm ex hoc etiam cognoſcetis experientiâ, tale ab optica proponi opus, quale in veſtigio, obliquave facie adumbratum eſt.

G, E, *linea ſectionis eſt.* O. *punctum viſuale in veſtigio, obliquave facie.* G, *radius ocularis, ſeu punctum viſuale in ipſo ſchemate.*

FIGURA DECIMANONA.

Tre pietre una ſopra l'altra.

E' Pur conveniente, che anche le fatiche abbian le ſue vicende; però dopo la figura paſſata, che per avventura vi ſarà riuſcita moleſta, ve ne propongo una molto più agevole, e fatta à capriccio, e ſenza regole di architettura: Ma anche da ciò imparerete per eſperienza, che quale ſi concepiſce un'opera in pianta, e profilo, tale rieſce in proſpettiva.

G, E, linea del taglio. *O,* punto dell'occhio in pianta, e profilo. *G.*, punto del diſegno.

Figura 19.



G





E

FIGURA VIGESIMA.

Fontis excipulus. Quęstio ibidem proponitur.

Hoc loco quæri potest, an obliqua facies sit idem, ac dissectum, & utrorum usus sit in optica? Ego autem, proposito præsenti schemate, respondeo, requiri sæpè utrumque, sed diversis de causis. Si enim obliquam facere vis extimam faciem, nihil opus est ad hanc rem dissecto, sed sufficit eam erigere ex angulis externi ambitûs: Sin verò mavis intimas partes cognoscere; dissecto utere, & ab angulis interni ambitûs erigito. Ex his vides, ad opticen utrumque esse necessarium, alterum, ad interiores; alterum ad extrinsecas opticè elaborandas. Verùm plura de his infrà.

FIGURA VENTESIMA.

Vasca di fontana, dove si propone un dubbio.

IN questo luogo si può fare una quistione, e cercare, se il profilo, e lo spaccato siano il medesimo, e qual serva per la prospettiva? al che io rispondo sù la figura presente; perchè, alzandola per profilo, si alza dagli angoli del contorno esteriore; ma alzandola per spaccato, si alza da gli angoli del contorno interiore. Sicchè il primo profilo serve per metter' in prospettiva l'esteriore, il secondo l'interiore. Ma di ciò mi riservo à dire nella figura seguente.

FIGURA 21.

Figura 20.







FIGURA VIGESIMAPRIMA.

Arcus triumphalis. Perſolvitur quęſtio.

Superiori ſchemate propoſita fuit quęſtio, quæſitumque, an obliqua facies, & diſsectum idem eſsent, ac licèt de re aliqua ſuperiùs mihi dixiſse videar; nihilò tamen minùs claritatis gratiâ, placuit hìc iterum proponere arcum illum triumphalem, de quo tribus primis ſchematibus ſæpè fuit nobis ſermo. Ajo igitur juxtà dictum, reverâ inter ſe differre propter rationes ſupra allegatas; attamen hoc loco dico idem eſse ex fortuitâ quadam ratione: oculus enim in veſtigio arcus intima pervadit: quare diſsecto opus eſt, ad internas altitudines habendas.

FIGURA VENTESIMAPRIMA.

Arco trionfale, dove ſi ſcioglie il dubbio.

NElla figura paſſata ſi moſſe il dubio, ſe il profilo, e lo ſpaccato foſſero lo ſteſſo: Ora ſe bene di ciò ſi diſſe alcuna coſa di ſopra; tutta volta, per maggior intelligenza, mi è piaciuto proporvi quì quell'arco trionfale di cui vi parlai nelle tre prime figure. Dico adunque, inſiſtendo nel già detto, che veramente ſono diverſi, per le ragioni addotte di ſopra, nulla di meno però in queſto luogo lo ſpaccato ſerve neceſſariamente di profilo, per trarne le altezze, e larghezze delle coſe interiori, che eſſo ci fa giuſtamente vedere.





Figura 23.

FIGURA VIGESIMASECUNDA.

Idem arcus in obliquum obverſus. Traditur ibidem documentum.

Memini me dicere (cum in prioribus paginis tribus de hoc triumphali arcu ſermo eſſet) orthographiam quoque ad opticam eſſe neceſſariam. Hîc verò facies idem præſtat atque obliquum (quod noſtrates ajunt profilo) eò quod tali modo repræſentetur, ac ſi à latere exhiberetur; elaborataque eſt juxta regulam ſæpiùs traditam. Fateor tamen neceſſitate omnia hoc uno ſchemate concludendi me compulſum eſſe, ut nonnihil veſtigium cum ortographia obliqua permiſcerem. Vos tamen licebit tria hæc ſeorſim peragatis. Nonnullos etiam cupiditas inceſſet, multas ex ſuperioribus figuris prætermittere, ut arcum hunc opticè elaborent; Verùm, ut opinor, negotiosè nihil agent, quòd non probè calleant priora præcepta, quæ paulatim tradenda ſunt, non verò ſimul.

G, E, *ſectionum linea*. O, *oculus in veſtigio*. I, *oculus obliquus*.

FIGURA VENTESIMASECONDA.

L'iſteſso Arco veduto da un lato, con un documento.

Mi ricordo avervi detto (parlando nelle tre prime lezzioni di queſt'Arco trionfale) che la facciata era anch'ella neceſſaria alla proſpettiva.

Ora in queſto luogo la facciata ci ſerve ancor di profilo, perchè viene rappreſentata come veduta di fianco, ed è fatta conforme la regola più volte inſegnata. E' ben vero però, che la neceſſità di far entrar tutto in queſta ſola figura, mi ha coſtretto à confonder' alquanto la Pianta con l'elevazione in profilo: Voi però potrete fare tutte e tre queſte operazioni ſeparatamente à voſtro piacere: A tal'uno ancora verrà voglia di laſciar molte delle paſſate lezzioni, per metter' in proſpettiva queſt'arco, ma ſenz'altro frutto, cred'io, che di fatigar molto, e profittar nulla, per non aver appreſo le regole, quali ſi devono imparare per gradi, e non trapaſſare per ſalti.

G, *E*, linea del taglio. *O*, l'occhio in pianta. *I*, occhio in profilo.

Figura 22.



FIGURA VIGESIMATERTIA.

Urna exornata.

Diximus etiam initio, priùs ne mente concipi deberet veſtigium, an ortographia? Hinc autem commodùm venit hujus controverſiæ ſolutio. Ajo igitur, ſi ſermo ſit de rebus, quæ conſtent multis membris, qualis eſt hæc urna, quæque haud ita ſæpè coronis tribuantur; neceſſe eſſe priùs orthographiam delineare, ex qua faciliùs deindè veſtigium deducitur, & à veſtigio aſpectus obliquus. Idque eò magis, quòd per nos proſpeticos non ſufficiat delineare ea ſolùm membra, quæ humum contingunt, ſed ea etiam, quæ ab humo remotiora ſunt, altiùſque collocantur, nempè minores, majoreſque projecturas, quæ apparent in extremis lineamentis totius orthographię, aut ſaltem magis præcipuas; ut à me factum eſt, ad vitandam linearum multiplicitatem.

O, *punctum oculi tum pro veſtigio, tum pro aſpectu obliquo.* I, *punctum delineandi operis.*

FIGURA VENTESIMATERZA.

Urna con ornamenti.

Dicemmo ancora ſul principio ſe ſi dovea idear prima la pianta, ò l'elevazione, ed in queſta figura appunto viene in taglio à decider queſta controverſia. Dico adunque, che ſe ſi parla di coſe compoſte di molti membri, come queſt' urna, inſoliti darſi à cornici, è neceſſario far prima l'elevazione in faccia, dalla quale ſi cava più facilmente la pianta, e da queſta il profilo. Tanto più, che per noi proſpettici non baſta diſegnar ſolo le coſe, che toccan terra; ma biſogna diſegnar ancor tutte le parti ſuperiori, cioè tutti i minori, ò maggiori aggetti, che ſi vedono eſpreſſi sù i contorni di tutta l'elevazione: ma ſe non tutti, almeno i più principali, come hò fatto io per non confondervi con tante linee.

O, punto dell'occhio per la pianta, e per il profilo. *I*, punto del diſegno.

I





Figura 23.



FIGURA VIGESIMAQUARTA.

Stylobates ibidem exornatus.

UT ad laborem vos magis, magìſque pelliceam, ſemper novi aliquid appono. En igitur ſtylobaten ornatum volutis, cauliculis, ac floribus; cujus ortographiam, ſi rectè ſtatueritis, citra controverſiam veſtigium quoque ſcitè delineabitis, adhibitâque eâdem regulâ, quam tradimus, opticè etiam conficietis. Schema per ſe patet, nec indiget pluribus.

FIGURA VENTESIMAQUARTA.

Piedeſtallo con ornamento.

PER allettarvi viepiù alla fatica, vi propongo ſempre qualche coſa di nuovo per paſcer' il voſtro ingegno. Eccovi però un piedeſtallo ornato di cartocci, foglie, e fiori, quale, ſe lo farete bene in elevazione, ſenza dubbio il farete bene anche in pianta; e colla ſteſſa regola, che andiamo ſempre inſegnando, lo farete bene anche in proſpettiva. La figura è per ſe ſteſſa sì chiara, che non hà biſogno di ſpiegazione.

Figura 24.





FIGURA VIGESIMAQUINTA.

Sedilia, ſeu Sedes.

IN omnibus figuris opticè proponendis, locum habet hæc regula. Proindè ſi quando cupiditas irrepat, ſedes has opticè proponendi, ſingulis ſingula veſtigia facietis, unamque obliquam faciem, quam (ut ſchemate nono, & decimo dictum eſt) limbis non ornabitis: nam circino ad perpendiculum inveniuntur loca in lineis planis, in quibus ea extrema lineamenta fuiſſent apponenda. Cœterùm ſectionibus veſtigii A *uſi ſumus, tamquam pro perpendicularibus ſedis* B, *punctumque oculi eſſet* O, *tùm pro veſtigio, tùm pro aſpectu obliquo. Sedis* C *veſtigium eſt nullum, cum per paginæ anguſtias excluſum ſit.* I *erit punctum utriuſque ſedis in papyro delineandæ. Verùm ſi plures ſedes abſcedentes, obliquaſque velitis delineare, præparationes ità diſponetis, ut ſedes à fronte vobis obliquarum loco ſint; atque hoc abundè ſufficiet.*

FIGURA VENTESIMAQUINTA.

Sedie.

Tutti i lavori di proſpettiva ſervirà queſta regola. Però quando vi veniſſe voglia di metter' in proſpettiva queſte ſedie, non avete à far altro, che per ciaſcheduna fare una pianta, ed alzare un ſolo profilo, quale (come diſſi nella figura 9. e 10.) non accaderà contornare; perchè col compaſſo à perpendicolo dalla pianta ſi portano quelle aperture sù le linee, che fariano gli angoli sù le linee piane, dove ſariano ſtati i proprii contorni, per paſſare da quelli le linee viſuali, che ſegano la linea del taglio. Li ſegamenti poi della pianta *A*, hanno ſervito per le perpendicolari della ſedia *B*, ed il punto dell'occhio ſarebbe O, per la pianta, e profilo. La ſedia C non hà pianta, à cagione, che non capiva nel foglio. *I* ſarà il punto del diſegno per le due ſedie. Ma ſe deſiderate molte ſedie in fuga vedute di fianco, diſporrete la preparazione in modo, che le ſedie in faccia vi ſervan di profilo, ed il profilo di pianta; e ſenza più averete l'intento.

Figura 25.





FIGURA VIGESIMASEXTA.

Stylobates ex obliquo exhibitus.

Stylobates hic, ut eum obliquum facias, doceo modum faciendi ejusdem vestigii, quod, ut exactum evadat, præmittendum erit obliquæ elevationi. Regulas hunc stylobatem Geometricè efficiendi non trado, quòd credam vos in his non mediocritèr versatos: verùm ad hoc, ut opticè proponatur, res pendet à sectionibus lineæ E. G.

FIGURA VENTESIMASESTA.

Piedestallo per angolo.

Questo piedestallo, per farlo comparire veduto per angolo, v'insegno il modo di collocarne la pianta, la quale, acciocchè riesca giusto, si dovrà fare prima dell'elevazione in profilo. Io quì non v'insegno le regole per farlo geometrico, perchè vi suppongo bastantemente istrutto. Ma per farlo in prospettiva, la cosa dipende dalle sezioni della linea del taglio *E. G.*

Figura 26.

E





G

FIGURA VIGESIMASEPTIMA.

Columnæ baſis.

SI quis didicerit præcepta circulorum opticè repræſentandorum in hac baſi elaboranda, opinor, non admodum laborabit. Hanc præſenti in ſchemate appono, cum omnibus operibus, quæ requiruntur, ut poſſitis opera ſingula cum ſuis menſuris conferre. Vos autem aßueſcere deberetis delineationes faciendi operis ſeorſim ab operibus ſtatuere, ut ſciretis per voſmetipſos invenire earum medium, punctum, ac planum. Hujus documenti veritatem experientiâ comprobabitis, cum in operibus ingens membrorum multiplicitas invenietur, multoque magis cum opera longè majora ſuſcipietis.

Punctum oculi erit O, *tùm pro veſtigio, tùm pro aſpectu obliquo: Verùm oculus pro adumbrata baſi erit* G. *In linea ſectionum paucas admodum earum adnotavi conſultò, ne tenebras diſcentibus multiplicitas offunderet; ſicque, ut menſuras transferrem, alteram circini tibiam in* G *poſui, in ipſis ſectionibus alteram, tùm pro veſtigio, tùm etiam pro facie obliqua.*

FIGURA VENTESIMASETTIMA.

Baſe di Colonna.

CHI avrà imparato à fare i circoli in proſpettiva, non troverà difficoltà in far queſta baſe, che vi propongo con tutta l'operazione in queſto foglio, acciocchè poſſiate provarla con le miſure. Però voi dovrete far ſempre i diſegni ſeparati dalle operazioni, per avvezarvi à trovar loro il mezzo, il punto, ed il piano. Troverete la verità di quanto vò dicendo, quando ne' diſegni vi ſarà gran copia di membri, e molto più quando ſaranno di maggior grandezza.

Il punto dell'occhio ſarà *O*, sì per la pianta, come per il profilo. Ma l'occhio per la baſe ombreggiata ſarà *G*, sù la linea del taglio hò fatto pochi ſegamenti, per non v'intrigare. Però per traſportar le miſure hò meſſo una punta del compaſſo in *G*, e l'altra sù le ſezioni, tanto per la pianta, quanto per il profilo.

FIGURA 28.

Figura 27.



FIGURA VIGESIMAOCTAVA.

Geminæ baſes ex parte paulum erectæ.

Si varietatis gratiâ velletis periculum facere profectûs veſtri, alteram ex his baſibus alteri ſuperimponendo, ab humo paulum erectas plus minùs; ut in hoc ſchemate: neceſsè eſt priùs mente diù, multumque verſare, obliquas faciendo. Nam deſcendendo cum lineis occultis ad perpendiculum ab ſingulis projecturis limborum, deſcribuntur totidem circuli in veſtigio, ut unuſquiſque aptè collocetur; atque ab utriſque fiunt baſes opticè adumbratæ: pro quibus certum oculi punctum ſtatuere non potui, eò quod horizontales non ſint. Sed tranſtuli circino ſingillatim puncta, ut finem, ac ſinuationem cujuſque lineæ invenirem. Cæterum veſtigiorum, atque obliquarum facierum punctum extra paginam ſitum eſt.

FIGURA VENTESIMAOTTAVA.

Due baſi alzate da una parte.

SE per mutar ſiſtema vi veniſſe tal volta il capriccio di porre le baſi una addoſſo all'altra, alzate da terra da una parte più, ò meno, come in queſta figura; convien prima ben' idearſele nella mente, con farne il profilo; perchè con linee occulte calate a piombo da ogn'aggetto de' ſuoi contorni, ſi fanno tanti circoli in pianta per dar loro la giuſta ſituazione; e da queſti, e quelli, ſi fanno le due baſi in proſpettiva ombreggiate, alle quali non ho potuto dar un punto d'occhio determinato, per non eſſer in piano; ma hò traſportato punto per punto col compaſſo, per trovar il termine, e circonferenza d'ogni linea. Il punto poi per le piante, e profili ſtà fuori del foglio.



Figura 26.

FIGURA VIGESIMANONA.

Capitellum Corinthium obliquum.

Capitellum illud Corinthium, quod per aliam regulam elaborandum vobis proposui, primâ hujus Operis parte, iterum per novam hanc regulam delineandum propono: verùm, ut varietati consulerem, obliquum feci. Supersedeo tradendis præceptis, quæ ad illud geometricè describendum prænosse oportet; ea enim præcepta apud Vignolam, Serlium, ac Palladium scitè, fusèque tradita invenietis. Lineæ autem oculares, quas innuo, non tam prosunt per se ad decussandam lineam sectionum, quàm ad demonstrandam distantiam oculi ab illa. Ne multis, si vos in eo elaborando singulos cauliculos transferetis in lineam sectionum, omnes in latitudinem invenietis, & in obliquà fronte pares invenietis in altitudinem. Quo fiet, ut omnia votis respondeant.

FIGURA VENTESIMANONA.

Capitello Corintio per angolo.

QUel Capitello Corintio, che vi proposi con altra regola, nella prima parte di quest' Opera, torno di nuovo a proporvelo con questa regola, che andiamo insegnando; ma per dargli qualche varietà, ve lo mostro per angolo. Non vi propongo le regole di farlo geometrico, perchè in questo vi suppongo bastevolmente ammaestrato dal Vignola, Serlio, e Palladio, che di ciò trattano minutamente. Le linee visuali, che vi accenno, non tanto servono per se stesse a segar la linea del taglio, quanto per accennarvi la lontananza del punto dell'occhio. Se voi nel farlo porterete ogni foglia su la linea del taglio, le troverete tutte in larghezza, nel profilo troverete le compagne in altezza. Con che non dubito, che vi riuscirà di vostra sodisfazione.

Figura 29.





FIGURA TRIGESIMA.

Capitellum compoſitum, itidem obliquum.

NOn vereor, ne non prĕterito labore non intellexeritis rationem conficiendi hujus capitelli. Verùm, ut paulò diutiùs in ſermone incœpto perſiſtamus, vellem vobis etiam, atque etiam perſuaderetis, hanc regulam, multoque magis alias, non poſſe tradi facilè; niſi his, qui leviter ſaltem inſtructi ſunt rudimentis architecturæ, rudis dumtaxat, & inornatæ: id quod primis præceptis memini vobis inculcare. Aliàs angulis creſcentibus, extremis lineamentis, membriſque politioris architecturæ; lineæ quoque multiplicarentur, non ſine maxima confuſione: quas ſi vellemus ſingulas demonſtrare, inextricabile mœandrum, ac labyrinthum ingrederemur. In hanc rem identidem aliqua, quæ majorem facilitatem afferent indicavi, ne multiplicitas accipiendarum menſurarum vos penitùs obrueret.

FIGURA TRENTESIMA.

Capitello compoſito per angolo.

IO non dubito, che colla paſſata fatica averete imparato il modo di far queſto capitello. Per ſeguitar però alquanto il diſcorſo, vorrei, che reſtaſſe perſuaſo, che queſta regola non ſi può chiaramente inſegnare, che con qualche principio, o architettura ſenza ornamenti, come ho fatto ne' primi fogli: perchè creſcendo poi gli angoli, contorni, e membri dell' architettura in buona forma, creſcerebbon anche le linee con gran confuſione. E ſe le voleſſimo ad una ad una dimoſtrare, entreremmo in un laberinto da non venirne a capo già mai. A queſto fine ſono andato di mano in mano ſuggerendovi alcune facilità, acciocchè la moltitudine delle miſure (che pur ſiamo forzati a pigliare) non v'impediſſero il camminar' avanti.

Figura 30.







FIGURA TRIGESIMAPRIMA.

Capitellum novi inventi.

Visum est hìc capitellum hoc, meo Marte adinventum, atque excogitatum, opticè elaborandum vobis proponere; quod nunc visitur Romę in sacello Beati Aloysii, ad Divi Ignatii Templum, expressumque à nobis erit pag. 62. *Forma hujus capitelli summâ industriâ, ac nitore ex gypso compacta fuit, mox in eadem rota elaboratum est. Ex formis ceræ eductæ sunt, cerisque metallum flatum est, quod deinde perfectum, atque auro oblitum, egregium sui specimen ostendit. Ut opticè proponeretur ad hanc molem, opus fuit mensuras duplò majores accipere.*

FIGURA TRENTESIMAPRIMA.

Capitello capriccioso.

Mi è paruto metter quì in prospettiva il presente capitello, di mia invenzione, fatto per l'altare del Beato Luigi in Chiesa di S. Ignazio di Roma, espresso nel foglio 62. Questo fu modellato di stucco con ogni polizia, ed esattezza, poi fatto formare nello stesso cavalletto. Dalle forme si cavaron le cere, e colle cere, al solito si fuse il metallo, che perfezionato, e dorato con arte, fà a suo luogo una nobile comparsa. Per farlo in prospettiva di questa grandezza, si sono raddoppiate le misure.

Figura 31.







FIGURA TRIGESIMASECUNDA.

Corona Etruſcæ ſtructuræ.

POST capitella, coronidis fragmentum propono, multò faciliùs elaborandum, quàm rotunda. Veſtigia oculi in veſtigio conjici poteſt ex lineis ocularibus, atque ita pariter oculi obliquum. Informem faciendo rei deſignationem ſeorſim à præparatione ſtatuetis, atque in capiendis perpendicularium menſuris conſilium capietis, dimetiendo eas in linea G, E; *ſtatuendo alterum circini pedem in angulo* G, *alterum in ſectionibus. Idem in obliquà fronte facietis. Verùm in iis transferendis, curabitis, ut alterum inſiſtat lineæ* C, D. *Punctum oculi ad delineationem efficiendam, tantò eſt inferior lineâ* C, D, *quantò illud obliquæ faciei eſt inferior lineâ* G, N.

FIGURA TRENTESIMASECONDA.

Cornice Toſcana.

DOpo i capitelli vi propongo un pezzo di Cornicione, che è più facile a farſi, che le coſe rotonde. La lontananza dell'occhio per la pianta ſi può trovare dalle linee viſuali, e così ancora quello del profilo. Il diſegno fatelo ſeparato dalla preparazione, e per miſurare le perpendicolari regolatevi col miſurarle ſu la linea *G*, *E*, mettendo una punta del compaſſo ferma nell'angolo *G*, e l'altra ſu le ſezioni. L'iſteſſo farete per il profilo; ma nel traſportarle, avvertite, che una punta ſi fermi ſu la linea *C*, *D*. Il punto dell'occhio per il diſegno tanto è più giù della linea *C*, *D*, quanto quel del profilo è più giù della linea *G*, *N*.

Figura 32.



FIGURA TRIGESIMATERTIA.

Corona Compoſita.

JAM ſatis animadvertiſtis, opinor, hanc regulam in rebus, quæ lineis conſtant pluribus, minùs demonſtrativo modo procedere; ac eam, quam alterâ hujus operis parte tradidimus. Quare vivâ præceptoris voce indigeret, cujus ope, intra diem unicum, ſatis, ſuperque inſtruxi, vel imperitiſſimum. Hoc fateor eſſe veriſſimum: ſed id quoque verum eſt, hanc regulam longè faciliùs in opus deduci. Sed quoniam coram prodeſſe voce non poſſum, illud ſæpiùs repetam; nimirùm, ut curetis intelligere probè fundamentum priorum explicationum, quæ cum verſarentur circa res ſimplices, fuſiùs, & dilucidiùs pertractatæ ſunt: contrà verò ſi vellem minutiùs de hac coronide loqui, obtunderem potiùs, quàm edocerem. Jam, ut ita magnam in hac papyro includerem, de induſtria ejus veſtigium, obliquamque faciem feci duplo minorem; quod idem feci, ac faciam in aliqua alia figura, ſupplebiturque in transferendis ſectionibus, duplicando circini menſuras. Vos tamen, pro quorum eſt arbitrio in papyro perampla delineationem, ac præparationem deſcribere, omnia facere poteritis ſervatâ proportione: nève occaſionem habeatis querendi de obſcuritate, ac brevitate explicationis, propono ſequenti paginâ ferè eamdem coronidem adhuc contractiorem, cum diſtantia oculi, tum ad præparationes, tum ad delineationem; ut vobis conſiderantibus, claritati, atque inſtructioni ſit.

FIGURA TRENTESIMATERZA.

Cornice compoſita.

AVerete forſe à queſt'ora avvertito, che queſta regola nelle coſe più copioſe di linee è men dimoſtrativa in carta, di quella dell'altro libro: onde averebbe biſogno della voce viva del Maeſtro, colla quale in un ſol giorno io hò ſufficientemente iſtrutto uno, ancorchè rozziſſimo. Confeſſo, che tutto è veriſſimo, ma è anche vero, che queſta regola è molto più facile à metterſi in prattica. Ma giacchè io non poſſo ajutarvi colla voce viva, tornerò à ridirvi, che procuriate d'intender bene il fondamento delle prime lezioni, le quali per eſſer fatte in coſe ſemplici, ſono ſtate capaci di ſpiegazioni più intelligibili; dove che ſe io voleſſi deſcriver à minuto queſto cornicione tanto copioſo di linee, verrei più toſto à sbalordirvi, che ad iſtruirvi. Ora, per farlo capir così grande dentro il foglio, hò uſato queſta induſtria di far la pianta, e profilo più piccoli la metà, come hò fatto, e farò in qualch'altra figura ſupplendo con raddoppiar il compaſſo nel traſportar le ſezzioni. Voi però, che avete libertà di fare in carta grande, e preparazione, e diſegno, potrete far ogni coſa à proporzione: ed acciocchè non abbiate a lamentarvi dell'oſcurità, e della ſpiegazione, vi fò vedere quaſi l'iſteſſo cornicione nella pagina ſeguente, tirato più in piccolo; con la diſtanza dell'occhio, tanto per le preparazioni, quanto per il diſegno: acciocchè conſiderandolo, vi ſerva di luce, e di iſtruzione.

FIGURA 34.

Figura 33.





FIGURA TRIGESIMAQUARTA.

Corona Jonica.

Si ex præcedenti ſchemate aſſequi nequaquam potuiſtis rationem, quam inſtitui in transferendis ſectionum menſuris; atque ubi defixerim primum circini pedem, tum in illis deſumendis, tùm in transferendis: itemque ſi intelligere ex eo ſchemate non potuiſtis locum, in quo oculi punctum conſtitui, pro coronide illà inumbrata, eo quòd tota extra papyri plagam ſita ſit: facilè intelligere poteritis ex preſenti; in quà, ut coronis tota concludi poſſet, breviorem feci, citra ullam circini duplicationem. Punctum oculi pro veſtigio erit O, *ibidemque erit pro obliquà facie punctum in* I, *punctum oculi pro ſchemate erit in* E, *demiſſum æquè, atque illud obliquæ faciei. Facitote periculum, in hoc meo ſchemate, circino, alterum ejus pedem figentes in* E, *alterum producentes ad veſtigii ſectiones; eandemque circini aperturam transferte, pedem alterum circini defigentes in linea* E, G, *alterum in perpendicularibus reſpondentibus coronidi: ſic enim intelligetis quam rationem inſtituerim etiam pro lineis tranſverſis.*

FIGURA TRENTESIMAQUARTA.

Cornice Jonica.

SE nella figura paſſata non foſte arrivato à capire il modo, come ho traſportato le miſure delle ſezioni; e dove ho fermato la prima punta del compaſſo, sì nel pigliarle, come nel traſportarle; e dove ho meſſo il punto dell'occhio per quel cornicione ombreggiato, per eſſer tutto fuori del foglio: in queſta acciò vediate tutto dentro, l'ho tenuta più piccola, ſenza raddoppiar il compaſſo. Il punto dell'occhio per la pianta ſarà *O*, il punto per il profilo in *I*, il punto dell'occhio per il diſegno ſarà in *E*, baſſo quanto è quello del profilo. Provate ſu queſta mia figura col compaſſo, col porre una punta in *E*, e l'altra ſu le ſezioni della pianta, e traſportate l'iſteſſa apertura del compaſſo, mettendo unapunta ſu la linea *E*, *G*, e l'altra ſu le perpendicolari corriſpondenti del cornicione, che così verrete in cognizione del modo, che ho tenuto anco per le piane.

Figura 34.



FIGURA TRIGESIMAQUINTA.

Corona compoſita juxta Palladium.

EN aliud coronidis fragmentum juxta Palladium, quod auctis duplò menſuris in hanc molem excrevit. Sanè non rarò contingit Pictoribus, atque Architectis, ut hujuſmodi coronæ opticè ab ipſis proponendæ ſint; ideoque in hoc opere aliquid ex ſingulis rebus appoſui. Prætereo hìc quâ ratione effici poſſit: nam is, qui adeò in hac facultate profecit, ut hæc non vereatur efficere, minutis præceptiunculis minimè opus habet.

FIGURA TRENTESIMAQUINTA.

Cornice compoſta ſecondo il Palladio.

QUeſto è un altro pezzo di cornicione, ſecondo il Palladio, e con raddoppiar le miſure l'ho fatto creſcere alla grandezza, che vedete. Sovente ſuole accadere a' Pittori, ed Architetti, l'aver à far in proſpettiva tali ſorti di cornici. Perciò in queſto libro ho poſto di ogni coſa un poco. Non vi dico come ſi faccia, perchè eſſendo voi arrivato fin quì, non avete più biſogno di minute ſpiegazioni.

Figura 35.



FIGURA TRIGESIMASEXTA.

Disjecta Architecturæ fragmenta.

Haud ſcio, tantùm ne viribus veſtris tribuatis, atque animo; ut aggredi velitis, aut ſchema hoc delineandum, aut aliud ejuſmodi, juxta eam, ad quam ſchema hoc conformavimus, regulam: propter rerum diverſitatem, ſcilicet rotundarum, quadratarum, inclinatarum, ac declinatarum, alterâ alteri incumbente. Verùm cum hæc omnia ſita ſint parallela horizonti, faciliùs deſcribi poſſent, quàm ſi ſecus eſſent diſpoſita. Potiſſima verò difficultas ſita eſt in deſcribendo veſtigio A, *& obliqua facie* P; *cùm non poſſit eo modo fieri, niſi priùs deſcribatur hæc alia inſcripta* Q, *ex qua deſumendæ ſunt altitudines; & niſi priùs deſcripto veſtigio, ex quo deſumuntur latitudines: quod veſtigium indiget utrâque obliquâ facie. Inventa hæc nequaquam conveniunt, niſi hominibus, acri, ac verſatili ingenio præditis; quos delectat obviare difficultatibus; atque eas ſuperare, ut ſupra mediocre vulgus ſe ſe extollant.*

FIGURA TRENTESIMASESTA.

Fragmenti di Architettura.

NOn ſo ſe vi darà l'animo di far queſta figura, o altra ſomigliante, con la ſua giuſta regola, come è fatta queſta, per le coſe differenti, cioè rotonde, e quadrate, inclinate, e declinate, le une ſopra l'altre. Contuttociò, per eſſer tutte queſte coſe collocate paralellamente all'Orizonte, ſono più fattibili, che ſe non lo foſſero. Ma la maggior difficoltà ſtà nel far la pianta *A*, e il profilo *P*; non potendoſi far in queſto modo, ſe non ſi fa prima queſt'altro ſegnato *Q*, dal quale ſi prendono le altezze per farlo, nè men ſe non averete fatto la pianta, dalla quale ſi prendono le larghezze, e la ſteſſa pianta ha biſogno dell'uno, e l'altro profilo. Queſti capricci non ſono, che per belli ingegni, che ſi dilettano ſpuntare tutte le difficoltà per uſcire dall'ordinario.

Figura· 36.









UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
Biblioteca General

FIGURA TRIGESIMASEPTIMA.

Inſtructio Theatrorum Comicorum. Ibique tractatum, quâ ratione eorum veſtigia deſcribenda.

Eâ quidem ſententiâ nulla regula eſt æquè Theatris accommodata, atque eâ, quam hùc uſque tradidimus; eritque intellectu facilis, poſtquam Lector diligenter ſtuduerit ſuperioribus ſchematibus: aliàs ſemper obſcura videretur explanatio his, qui prioribus elementis relictis, vellent temerè ad hanc figuram accedere. Si ergo velit Pictor, aut Architectus pingere, ſeu delineare Scenas Theatri jam conſtructi, ſive etiam conſtruendi; deſcribat in papyro ejus veſtigium obliquamque faciem oportet eà ratione, quæ hìc exhibetur. Propono proindè duplicem eorum formam, in A. *exhibetur Theatri forma rectos habens meatus; ideoque in obliquà ejus facie erigentur Scenæ ductis lineis ſimplicibus, ut videre eſt in* 6. P. 8. C, D. *In* B. *autem proponitur Theatri ſpecies meatuum obliquorum, in facie cujus obliquâ erigentur Scenæ ductis lineis geminis, ut apparet in* Q. *Jam ſi pingendæ ſint Scenæ Theatri jam conſtructi, neceſsè erit ejus metiri partes per quàm exactiſſimè, ut puncti profunditas certò conſtet. Agite jam, planè conſtet de modulis meatuum duntaxat veſtigii* A, *vultis ne punctum ejus inveſtigare? producite lineas oculares primorum meatuum* 1. 2. *unà cum extremis lineis* 3. 4. *neceſſariò concurrent in* V, *illud igitur erit punctum Theatri illius veri.*

Invenietis etiam in facie ejus, in obliquum erectà, ſi exploraveritis quantùm à pavimento aſſurgat in primis Scenis tabulatum in 5. 6. *quantùmque item aſſurgat ex ultimâ Scenâ à* 7. 8. *Productâ enim lineâ* 6. 8. *habebitis altitudinem puncti* L, *imminentis ad perpendiculum puncto* V, *altiùs, vel demiſſiùs pro tabulati inclinatu. Atque hìc illud ſcitote, ubi hoc punctum* L *inveneritis, jam à vobis ſuperatam eſſe maximam omnium difficultatem, quæ negotium faceſſit Pictoribus; ab eo namque pendet recta, præpoſterave Scenarum delineatio.*

Hæc duo puncta V, L, *determinant latitudinem, & altitudinem Scenarum in veſtigio, & in obliquà facie, ut patet in* 1. 2. 3. 4. P, C, 6. 8.

Addenda ſuperſunt oculi puncta duo O, *ſcilicet in veſtigio* X, *in obliquà facie; Æquè diſtantia ab initio tabulati* N, G, H, K, *quia demonſtrant propriam diſtantiam ad pingendas opticè Scenas ficti Theatri. Non poteſt unum alio longiùs abeſſe unquam, aliàs deſcriptio ficti Theatri non reſponderet vero.*

Linea R, G, *in æqualia ſpatia ſecta, regulam oſtendit diminuendorum meatuum. Si quando faciendi eſſent de integro, ducendo ab illis ſectionibus lineas oculares ad punctum* O.

Linea N, M, *in partes ſecta inæquales, oſtendit quam rationem inſiſtere debeat Pictor, qui ſpeciem periſtylii, aut quid ſimile, in ſpatia diſtributum inæqualia, addendo perergum aliquod Scenis ſequentibus, ut apparet in* T, S. *Quod ſi plura ſupereſſent intervalla, plus promovendæ eſſent Scenæ; aliàs res nequaquam ſuccederet.*

Linea G, N, H, K, *eſt vice lineæ ſectionum, ſi quando in proſpectu ponendæ eſſent nudæ Scenæ, omnes ſupra ſuperficiem, aut ſupra unicam papyri plagam: verùm ſi Scenæ ſingulæ eſſent exhibendæ opticè, ſingulæ linæ eſſent per ſe ſibi linea ſectionum, ut in ſequentibus dicemus.*

Quæ dixi de his veſtigiis, plus minuſve recedentibus, faciunt etiam pro veſtigiis ingenioſiùs elaboratis; ut jam ferè uſurpant Pictores, atque Architecti experientiores, qui propter inventorum varietatem ſervire non poſſunt meatuum regulis adeò artis; ſed tabulatum pro arbitrio conſtruunt, meatuſque breviores longioreſque faciunt, ut libuerit.

FIGURA TRENTESIMASETTIMA.

Inſtruzione per i Teatri; come ſi fanno le piante, e profili: e come ſi trova il punto.

A Mio parere niuna regola è tanto propria per i Teatri, che la propoſta fin quì; e ſarà faciie ad imparaſi, quando il Lettore averà già fatto ſtudio sù le figure antecedenti: altrimente parerebbe ſempre oſcura la ſpiegazione à tal'uno, che laſciando i principj, ſaltaſſe à queſta particolare. Volendo dunque un Pittore, ò Architetto dipingere, ò diſegnare le Scene di un Teatro fatto, ò da farſi, è neceſſario farne in carta la pianta, ed il profilo nella forma, che quì ſi vede: perciò vi propongo due piante. In *A*, ſarà di canali dritti, perciò nel profilo ſuo ſi alzeranno le ſcene con linee ſemplici, come ſi vede in 6. *P*, 8. *C*, *D*. In *B*, ſarà una pianta de' canali ſtorti, e nel ſuo profilo ſi alzeranno le ſcene con linee doppie, come ſi vede in Q. Ora avendoſi à far le ſcene di un Teatro già fatto, ſarà neceſſario miſurarlo à tutto rigore per trovar la profondità del punto. Sia perciò la pianta *A*, miſurata, ma in null'altro, che ne i canali. Deſiderate trovarne il punto? continuate le viſuali de' primi canali 1. 2. con gl'ultimi 3. 4. neceſſariamente ſi uniranno in *V*, e quello ſarà il punto in pianta per quel Teatro materiale.

Lo trovarete anco nel ſuo profilo in elevazione, ſe miſurarete quanto alza il palco da terra, nella prima ſcena 5. 6. e quanto alza da terra nell'ultima ſcena da 7. 8. Perciocchè continuando la linea da 7. 8. averete l'altezza del punto *L*, à perpendicolo del punto *V*, più, ò meno alto conforme al pendìo del tavolato. E quì notate, che trovata che averete l'altezza di queſto punto, averete ſuperato la maſſima difficoltà de' Pittori, da cui dipende il far i diſegni ben fatti. Queſti due punti *V*, *L*, regolano la larghezza, ed altezza delle Scene in pianta, ed in profilo, come ſi vede in 1. 2. 3. 4. *P*, *C*, 6. 8.

Altri due punti d'occhio ſi devon'aggiungere, cioè *O*, in pianta, *X*, nel profilo, altretanto diſtanti dal principio del palco *N*, *G*, *H*, *K*. Perchè ſervono per diſtanza propria per far la proſpettiva delle Scene del Teatro finto. Non poſſono eſſer mai uno più lontano dell'altro, altrimente il diſegno finto non s'incontrarebbe ſul vero.

La linea *R*, *G*, diviſa in ſpazii uguali dimoſtra la regola della degradazione de' canali, quando ſi aveſſero da fabricar di nuovo, con tirar da quelle diviſioni le viſuali al punto *O*.

La linea *N*, *M*, diviſa in ſpazii diſuguali dimoſtra la regola, che deve tenere un Pittore, che voleſſe far parere un colonnato, ò altra coſa, diſtribuita con intervalli diſuguali; che ſarà aggiungere qualche coſa di più alle Scene che ſeguitano, come ſi vede in *T*, *S*, e s'è di più intervalli, più ſi ſeguita à cavar fuori le Scene; altrimente non riuſcirebbe.

La linea *G*, *N*, *H*, *K*, ſerve di linea di taglio, quando ſi voleſſero metter le Scene nude in proſpetto, tutte ſopra una ſuperficie, ò ſopra un foglio ſolo di carta. Ma quando ſi voleſſero in proſpettiva ogni Scena da ſe ſola; in tal caſo ogni pianta di Scena ſarebbe à ſe ſteſſa linea di taglio, come diremo nelle ſeguenti.

Ciò, che ho detto ſopra queſte piante di Teatri più, o meno ſfondate, ſerve ancora per piante più capricciose, come ormai uſano i Pittori, ed Architetti più pratici, i quali per la varietà delle invenzioni non poſſono ſoggettarſi à canali non tanto regolati, ma ſi aggiuſtano il palco, ò tavolato con canali longhi, e corti, conforme il loro biſogno.

FIGURA 38.

Figura 37.



FIGURA TRIGESIMAOCTAVA.

Inſtitutio inveniendi punctum Scenarum, per flexos meatus labentium.

SI quis eſt, qui in hac facultate ſit diutiùs paulò verſatus; ut primùm in hoc ſchemate conjecerit oculos diligentiùs, facile ratiocinando intelliget, undè in ſingulis neceſſitatibus remedium ſit petendum: quinimmò, & hi, qui vel mediocriter rebus ad opticam pertinentibus operam navarunt, facilè cognoſcent, Scenas hoc reticulato opere elaboratas, eo conſilio propoſitas eſſe, ut oſtenderetur præparatio requiſita, ut minores Tabulæ fierent majores. Ab his igitur quinque rebus, quæ apparent diſtinctè, veſtigio ſcilicèt, obliquâ facie, ſuperpoſitis Scenis, nudis, ac ſejunctis, licet aliquid à ſingulis addiſcatis.

1. *A' veſtigio diſcitur modus inveniendi punctum in obliquis canalibus; qui ſcopulus eſt, in quem facilè Pictores impingunt. Jam ſi vos Scenas pingitis in Theatris, ſuiſque meatibus erectas, pro ſingulis earum punctum eſſet ab* O, N. *Verum ſi velitis illas à ſuis locis removere, atque vel à pariete ſuſpenſas, vel humi ſtratas; alterum circini pedem in* O *figite, ac circuli ſegmentum ab* N, P, *deſcribite: illud enim erit punctum, quod quærebatis; quod licèt à medio recedat, hâc tamen arte videbitur ad medium collimare quælibet Scena.*

2. *Ex obliqua facie, quod erat in partitione ſecundum, intelligitur Scenas erigi lineis duabus, quâ ratione earum altitudo invenienda ſit, quantum telarium ex oppoſita parte ſuperſit, cujus ratio habebitur nulla, ut in* C, *ne obliquæ videantur.*

3. *Tertium, ſunt Scenæ ſuperimpoſitæ, quæ oſtendunt rationem lineas ſuper inducendi reticulato opere, triplici linearum genere; quæ ducis inſtar ſunt ad eas delineandas, ac pingendas: oſtendunt pariter quantum ex inferiore attollantur, quantum ex ſuperiore deprimantur parte, quouſque procurrant, quo colliment Scenæ, quò proſcenium, quouſque debeat altitudine pertingere; ut ex linea Horizontali fit manifeſtum.*

4. *Scenæ nudæ, (quod erat quartum) impoſitæ ſunt Theatro in obliquis canalibus; quæ Scenæ, licèt obliquæ ſint, ſi tamen hâc arte elaborentur; ad medium punctum collimabunt, neque videbuntur ab eo quicquam aberrare, ut apparet.*

5. *Poſtremò Scenæ ſejunctæ demonſtrant cujuſque Scenæ longitudinem, latitudinemque punctorum è veſtigii canalibus in* M, N.

FIGURA TRENTESIMAOTTAVA.

Inſtruzione come ſi graticolano le Scene, e come ſi trova il punto quando ſono ſtorte.

CHI hà qualche maggior cognizione in queſta materia, alla viſta di queſta figura, alquanto più diligentemente conſiderata, arriverà facilmente col diſcorſo à conoſcere onde abbia à cavar il rimedio per le neceſſità occorrenti: anzi ancor quelli, che non ſono gran coſa verſati in queſt'arte, vedranno, che le Scene graticolate à queſto modo, ſi ſon fatte à dimoſtrare la preparazione ricercata per traſportar i diſegni piccoli in grandi. Dunque da queſte cinque coſe, che ſi vedon diſtinte, ſi può da tutte imparar qualche coſa.

1. Dalla pianta s'impara dove ſia il punto di ogni Scena, quando i canali ſono obliqui, che è la ſolita difficoltà de' Pittori. Ora ſe voi diſegnate le Scene ne' loro ſteſſi canali in Teatro; il punto per ciaſcheduna di loro ſarebbe da *O*, *N*. Ma ſe volete diſegnarle fuori del Teatro, ò pendenti da un muro, ò ſteſe per terra; meſſa una punta del compaſſo in O, deſcriverete un ſegmento di circolo *N*, *P*, e quello ſarà il ſuo punto, il quale eſce dal mezzo: Con queſto artificio parrà, che la Scena vada al ſuo punto di mezzo.

2. Dal profilo s'impara, che le Scene ſi alzano con due linee, e come ſi trova la loro altezza, e quanto avanzerà di telaro dalla parte oppoſta, che ſi conterà per nulla come in C, acciocchè non pajano oblique.

3. La terza coſa ſono le Scene poſte l'una ſopra l'altra, le quali dimoſtrano il modo di graticolarle con tre generi di linee, che ſervono di guida nel diſegnarle, e dipingerle; moſtran parimente quanto alzan di ſotto, e quanto calan di ſopra, quanto eſcano, à che punto vanno le Scene, ed à che punto il proſcenio, ed à che altezza, come dimoſtra la linea orizontale.

4. Le Scene nude, che è la quarta coſa, ſono poſte nel Teatro, dentro i canali obliqui; le quali, ancorchè ſiano ſtorte, ſe ſi faranno con queſte regole, tuttavolta parran dritte, e che vadino al punto di mezzo, come ſi vede.

5. Le Scene ſeparate finalmente, che è la quinta coſa, dimoſtran la larghezza d'ogni Scena, e la larghezza de' punti, cavati da' canali della pianta, per ciaſcheduna d'eſſe in *M*, *N*.

FIGURA 39.

Figura 36.



FIGURA TRIGESIMANONA.

Atrii Theatrum.

QUÆ duo ſchemata non ità pridem à nobis præmiſſa ſunt, faciunt magnoperè ad elucidandum hoc, & quæ ſequentur opificia. Quæ & ipſa quinque partibus conſtant; quarum ſingulæ nobis diligenter perpendendæ ſunt. Primo loco conſiderandum nobis ſeſe offert veſtigium; quod oſtendit quâ ratione architectura diſtribuenda ſit in atrio arcuum æqualium; Singulæ enim pilæ, in requiſitâ diſtantiâ poſitæ, extremitates omnium canalium attingunt, ut apparet ex his Arithmeticis numeris 1. 2. 3. 4. 5. *Verùm præcipuè ad ſcenarum ſingularum menſuras advertendus eſt animus; quæ menſuræ deducuntur in latitudinem ex ſingulis canalibus veſtigii, in altitudinem verò ex obliqua facie, unoquoque præſtante ſibi vices lineæ ſectionum; adeout anguli primæ pilæ* P, *ſecent primum canale* Q, *& ſic de cæteris. Ex his ſectionibus eriguntur perpendiculares* D, E, *in deformationibus veſtris efficiendis, tum ad ſcenas adumbratas, tum ad eas, quæ umbris deſtituuntur, ſed ſejunctas; ut ipſis faciliùs uti poſſitis. Ideo ſcenæ abſolutæ, adumbratæ, ac Theatro impoſitæ, quæque magis recedant, ſuas habent ſectiones in lineâ* B, C, *in hac enim prima, ac rudia operis lineamenta oſtenduntur, non tamen his utuntur Pictores. Ab obliquâ autem Architecturâ, hujus artis cognoſcetis, ſingula membra ſectiones facere in lineis obliquis ſcenarum, altitudineſque cujuſcumque pilæ, ac coronarum quibus ornantur, pertingere ad faſtigium lineæ ſcenarum, primum ad primam, ſecundum ad ſecundam, atque ita cætera. Hæc paulò mediocriùs in hac facultate verſatis habui dicere. Tyronibus hæc ne attingenda quidem ſunt, cum exercitatione potiùs diuturnâ, quàm præceptionibus addiſcenda ſunt.*

FIGURA TRENTESIMANONA.

Teatro di Cortile.

LE due antecedenti figure ſervirono per introduzione à dilucidar queſto, ed i ſeguenti diſegni; compoſti anch'eſſi di cinque parti, per far ſopra ogn'uno di eſſe la ſua rifleſſione. La prima ſia ſopra la pianta, con dimoſtrarvi come ſi diſpone l'architettura di un Cortile di archi uguali, perchè ogni pilaſtro, tirato alla ſua diſtanza, batte ſull'eſtremità d'ogni canale; come in 1. 2. 3. 4. 5. ſi vede. Ma la principal rifleſſione dee farſi ſopra la giuſta miſura delle ſcene in particolare, la quale ſi cava da ogni canale in pianta per larghezza, ed in profilo per altezza; ſervendo ciaſcheduno à ſe ſteſſo per linea di taglio: talmenteche gli angoli del primo pilaſtro *P*, tagliano ſul primo canale *Q*, il ſecondo ſul ſecondo, il terzo ſu'l terzo. Da queſti tagli ſi alzan le perpendicolari de' voſtri diſegni, tanto per le ſcene non ombreggiate; ma ſeparate, per ſervirvene. Però le ſcene *A*, finite, ed ombreggiate, poſte ſul Teatro, e che moſtran maggior lontananza, ſono tagliate sù la prima linea *B*, *C*, perchè sù queſta ſi fanno i diſegni per moſtrare, non però per ſervirſene. Dall'architettura *R*, in profilo di queſto Cortile, oſſervarete, che ogni membro taglia sù le linee in profilo delle Scene; e che l'altezze di ogni pilaſtro, e loro cornici battono sù la cima di ogni linea di Scena; il primo sù la prima, il ſecondo sù la ſeconda. Queſto è quanto poſſo dirvi. Nel rimanente chi ben intende queſt'arte, vede, che il dir più, ſarebbe un maggiormente confondere.

Figura 39.











FIGURA QUADRAGESIMA.

Armamentarii Theatrum.

Equitur Theatrum hoc exhibens Navale, ſive Armamentarium, aut Officinam; poteſtque etiam Carceris loco eſſe erectum ex veſtigio obliquorum canalium; quorum ſinguli, ut jacent, ſibi lineam ſectionum parant: In obliquà tamen facie major eſt difficultas, quia cum ſinguli canales duabus lineis erecti ſint; quicquid ſpatii inter ipſas continetur, linea ſectionum vicem præbent propiùs, aut remotiùs, ſemper tamen continendo ſe intra prædictas lineas, habitâ ratione ſectionum in veſtigio, quas hac in re ſequi oportet. Hìc ingenio opus eſt vivido, atque axperrecto ad inveniendas perpendiculariter altitudines in ſpatio illarum geminarum linearum; nam attingendo radiis ocularibus altitudines membrorum geometricorum architecturæ, unica duntaxat altitudo, unam, aut alteram præbebebit menſuram, alteram ante, alteram retro, prout eſſe debent, & ut apparet in ſuperpoſitis ſejunctiſque Scenis, in quibus lineæ planæ in poſteriorem partem inclinant, ut ſuis canalibus impoſitæ, obliquis appareant oculis prorsùs planæ, magis recedant, atque ad medium punctum perfectè colliment.

FIGURA QUARANTESIMA.

Teatro di Arſenale.

Eguita queſto Teatro di un'Arſenale, overo Officina, e può ſervir ancor di prigione, fatto ſopra una pianta di canali obliqui, ſervendo ciaſcuno à ſe ſteſſo, come ſtanno, per linea di taglio; ma nel profilo però più difficilmente, imperciocchè eſſendo alzato ogni canale con due linee, tutto quello ſpazio, che vien contenuto fra eſſe, ſerve di linea di taglio più ò meno diſcoſto, ſempre però fra le due linee già dette, à proporzione de' tagli della pianta, quale in queſt'operazione deve ſervire di guida. Quì biſogna giocare d'ingegno à trovar le altezze perpendicolarmente nello ſpazio delle due linee, perchè toccando colle viſuali altezze de' membri geometrici dell'architettura, una ſola altezza vi darà una, ò due miſure, l'una avanti, l'altra indietro; come appunto debbon'eſſere, e come vedete quì nelle Scene ſoprapoſte, e ſeparate, che le linee piane inclinano dalla parte di dietro, acciocchè poſte ſu' loro canali obliqui appariſcano all'occhio perfettamente piane, e faccian maggior lontananza, e vadino al punto di mezzo perfettamente.

Figura 40.



FIGURA QUADRAGESIMAPRIMA.

Muſæi Theatrum.

IN hoc Theatro, quod etiam Muſæi vices præbere poteſt, occurrit perſolvendum, quod in ſchemate 37. propoſuimus, quâ ſcilicet ratione diſponi poſſent architecturæ veſtigia per inæqualia intervalla, ſervatis nihilominùs canalibus in aliam rem adinventis: hìc igitur de integro affirmo id fieri poſſe, modo aliquid additamenti fiat Scenæ, quæ majus intervallum repræſentare debet; ut experimento comperiet quiſquis veſtigium hoc contemplabitur, & ſi non ità clarè ſenſu percipi poſſit propter columnas diſterminatas à cæteris. In hoc Muſæo, fornix, qui totidem arcus continet, quot columnas, inſpiciendus eſt: in eo autem delineando ſectiones facere oportet in linea ſingulorum canalium, ſectione ad medium uſque productâ, & in obliqua elevatione, uſque ad faſtigium. Atque ita in fornice tum laquearia, tum cælos ſecare oportet in lineis rectis, utcumque canales obliqui ſint. Addidi in Theatro illas Scenas; quas in veſtigio addere, propter paginæ anguſtias non licuit.

FIGURA QUARANTESIMAPRIMA.

Teatro di Galleria.

QUì in queſto Teatro, che può ſervir di Galleria, fa à propoſito il dimoſtrare quel, che accennammo nella pianta alla figura 37. Cioè a dire, come potevanſi diſporre le piante dell'architettura con intervalli inuguali, ſervendoſi tuttavia de' canali, che ſervono ad altre invenzioni: Ora di nuovo torno a dirvi, che ciò ſi puol fare, purchè ſi aggiunga qualche coſa alla Scena, che deve far quel maggior intervallo, come provando vedrete ancor quì in queſta pianta, benchè non appaja così ſenſibile per cagion delle colonne iſolate. In queſta Galleria, deve oſſervarſi la volta, la quale tante arcate contiene, quante ſono le colonne: e nel farle ſi tagliano sù in una linea di ogni canale, continuando il taglio inſino al mezzo, e per elevazione in profilo, ſino alla cima: e così tanto le volte, quanto i ſoffitti, e cieli ſempre ſi tagliano in linee dritte, ancorchè i canali ſieno obliqui. Hò aggiunto ſul Teatro quelle Scene di più, che non hò potuto allungar in pianta.

Figura 41

FIGURA QUADRAGESIMASECUNDA.

Procœtonii Theatrum.

Hìc aula proponitur elaborata in Theatro obliquorum canalium, quæ quidem aula interlita eſt auro, atque ornata ſedibus, ſgabellis, ſpeculis, aliiſque hujuſmodi ſupellectilibus ad luxum, majeſtatemque comparatis, additoque in extrema aulę parte regali ſolio, uti ſit.

Hæc conſueto more facta ſunt, pilis ſingulis in veſtigio in ſuo canali ſectionem facientibus, qui etiam canales lineis punctim ductis, oſtendunt illorum punctorum latitudinem: pilæ etiam ſingulę elevatæ ſecant ſpatium intra duas lineas pro ſingulis Scenis: laqueare autem in planis lineis veſtigii, atque in ſimplicibus perpendicularibus in elevatione, eò quòd omni careant obliquitate. Scenæ quibus non additæ ſunt umbræ, altitudinem oſtendunt ſuam, & ſitus, ac lineamenta; ſive à fronte erectæ ſint, ſive humi porrectæ, ac invicem ſuperpoſitæ. Scenæ adumbratæ in Theatro exiſtunt intra canales, ſuiſque intervallis videntur ſatis recedere; prædictoque artificio rectæ apparent, planæque, atque à puncto medii, ne minimum quidem deflectere. Scenæ inter ſe ſejunctæ, atque à laqueari, oſtendunt quà arte delineatæ, ac depictæ ſint.

FIGURA QUARANTESIMASECONDA.

Teatro di Anticamera.

Queſta figura moſtra un'Anticamera, ò Sala fatta in un Teatro di canali obliqui, la quale anticamera è ricca d'oro, di ſedie, ſgabelloni, ſpecchi, ed altre bizzarrie con un trono al fine.

Queſta è fatta al modo ſopradetto, tagliando ogni pilaſtro in pianta il ſuo proprio canale, quale con linee punteggiate vi dimoſtra la larghezza del loro punto. Ogni pilaſtro in elevazione taglia dentro i ſpazj delle due linee per ogni Scena. Il ſoffitto però taglia sù le linee piane in pianta, e sù le linee ſemplici perpendicolari in elevazione per non aver veruna obliquità. Le Scene non ombreggiate moſtrano le lor proprie altezze, e poſiture, e lineamenti, ò ſieno alzate in faccia, ò piane in terra ſoprapoſte. Le Scene ombreggiate ſono ſu 'l Teatro dentro i loro canali, che per i loro intervalli ſembran molto lontane, e per l'accennato artificio appariſcon dritte, e piane col punto nel mezzo. Le Scene diſtanti tra loro, e dal ſoffitto, vi dimoſtran come ſono diſegnate, e dipinte.



Figura 42.

FIGURA QUADRAGESIMATERTIA.

Templi Theatrum.

Hanc, quam docuimus regulam, diximusque ad conficienda Theatra esse optimam, ubi eam benè perceperitis, ea poterit à vobis adhiberi ad res rotundas exhibendas, quæ in tota perspectiva vel maximam habent difficultatem. Hoc ut meliùs intelligeritis, exempli causâ Templum proposui; quod licet rotundum sit, potest tamen repræsentari in quadrato Theatro; quemadmodum & superiora, inserendo ejus partes in canales immotos: quos tamen si Pictores ad arbitrium mutare possent, magnam sanè laboris partem subterfugerent; verùm, etiam si id minimè liceat, Templum hoc nihil de sua rotunda forma deperdet. Considerate igitur circulos vestigii Geometrici, alios secantes primum, alios secundum, tertium alios; alios quartum, alios quintum canalem; ut possitis eos erigere de more lineis perpendicularibus: invenietis etiam quàm lata debeant esse telaria, & quantas lacunas debeant admittere: insuper in obliqua facie invenietis eorumdem altitudinem, quæ ex separatis apparet partibus 1. 2. 3. *Tota Templi delineatio* T, *pars ex sectionibus linea* A, B, C. *In qua etiam Mensuras ejus licet conjicere. Cæterum spectat ad Pictores colores umbrasque sapienter inducere, & utrasque sensim imminuere. Hac enim arte consequimur ut telaria, singula mirùm quantum inter se dissita, ac remota esse videantur. Prima tamen ex separatis partibus desideratur; veruntamen ejus defectum abundè supplevimus, quandoquidem in Templo integro ipsa etiam apparet; necnon ejus altitudo, ac latitudo.*

FIGURA QUARANTESIMATERZA.

Teatro di Tempio.

Uesta regola, che abbiamo insegnato hò detto esser ottima, quando sarà da voi ben posseduta, e potrà adoperarsi à far cose tonde, che nella Prospettiva sono le più difficili. Non tralascio di mostrarvi questa verità coll'esempio di un Tempio, il quale, se bene è rotondo, può nondimeno proporsi in un Teatro quadrato, come i passati; mettendo i suoi pezzi ne' canali, senza mutarli; il che quando fosse lecito a' Pittori, troveriano senza dubbio maggior facilità; ma eziandio senza questo, il Tempio conserverà la sua figura rotonda. Osservate adunque, che i circoli della pianta geometrica, altri tagliano su 'l primo, altri su 'l secondo, altri su 'l terzo; chi su 'l quarto, chi su 'l quinto canale per alzarli al solito colle perpendicolari: Troverete anche quanto debban esser larghi i telari, e traforati: di più troverete nel profilo quanto debban esser alti, come quì si vede, da' pezzi separati 1. 2. 3. Tutto il disegno del Tempio *T*, fu tagliato sù la linea *A*, *B*, *C*. Tocca poi a' Pittori di ben colorirlo, ed ombreggiarlo colla digradazione delle tinte; perchè con quest'arte pare, che un telaro sia dieci canne lontano dall'altro. Manca però il primo de' pezzi separati, che è stato tralasciato, per non esservi stato luogo; ma il difetto è bastevolmente supplito, perchè egli è stato fatto su 'l Tempio intero, tanto in altezza, quanto in larghezza.

Figura 43.



C

T



B



1



2



3

A

FIGURA QUADRAGESIMAQUARTA.

Amphitheatri exemplum.

UT proſequamur in incœpto ſermone, quem inſtituimus de ſuperandis difficultatibus, quæ ſe offerunt, in proponendis opticè rotundis ſpectaculis; placuit hìc exhibere quod olim verò proximè depinxeram amphitheatrum, publicèque propoſueram in Seminarii Romani Theatro: quo tandem aſſecutus ſum, ut illi ipſi factum conſpicerent, quod negabant poſſe fieri; ut ſcilicet immotis Scenarum per quos decurrunt, meatibus, quique plerumque ad exhibendas tantummodò quadratas Architecturas conſtrui ſolent, figura tamen ferè circularis appareret. Attamen res patet, totque habet teſtes, quot fuerunt ſpectatores, qui non ſine admiratione, ac voluptate ſpectarunt. Prætermiſi veſtigium meatuum, ſeu canalium, ne paginam hanc infinità propemodum linearum multitudine opplerem: ut autem ſe ipſo majus videretur Theatrum, lineam ſectionum conſtitui A, B, *re ipsâ tamen opus plures in partes diviſum fuit, ſuam unaquaque Scenâ portionem ſibi auferente. Quod ſi in figuris hiſce ſex, vel ſeptem non ſum minutè ſingula proſequutus, mirum vobis videri non debet; multiplicitas namque documentorum mihi quidem laborem, vobis cum ſatietate tenebras attuliſſet. Cæterum materiæ novitas, & cupido ipſam aſſequendi vobis erunt calcarium loco, ne ceſſetis. Quid tandem multis opus eſt? Intelligenti pauca.*

FIGURA QUARANTESIMAQUARTA.

Coliſeo.

PER ſeguitar via più à favellare della difficoltà, che ſi ritruova nelle coſe rotonde, hò voluto metter quì in diſegno il Coliſeo di Roma, fatto da me ſu 'l veriſimile, e propoſto in un Teatro, moſtrando in fatti quel, che alcuni, eziamdio di queſta profeſſione ſtimavano impoſſibile; cioè che in un Teatro ſtabilito ordinariamente per architetture quadrate, ſi poteſſe far comparire un'architettura rotonda, ſenza mutar i canali delle Scene. E pure la coſa è patente, ed hà per teſtimonio tutti i ſpettatori, che la rimirarono con maraviglia, e piacere. Hò laſciato la pianta de' canali, per non confonder la figura con una infinità di linee: acciochè poi compariſſe più grande, mi ſon ſervito per linea del taglio di *A*, *B*, in fatti però l'opera fu lavorata in più parti; portandone via ogni Scena la ſua porzione. Se poi in queſte ſei, ò ſette figure non ſono diſceſo ad iſpiegarvi ogni coſa per minuto, non vi deve parere ſtrano; perchè la moltiplicità degli avvertimenti avrebbe à me accreſciuta la fatica, à voi ingombrata la mente. Del reſto la curioſità della materia, la voglia di profittar in eſſa, vi ſervirà di ſtimolo per impararla: Sopra tutto, à ſaggio intenditor, poche parole.

FIGURA 45.

Figura 44.

B



A

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD POLITECNICA DE VALENCIA
General Archivo

FIGURA QUADRAGESIMAQUINTA.

Theatrum Sacrum, Romæ exhibitum; ejus veſtigium proponitur, traditúrque ratio partium ejus dirigendarum.

QUam ſupra tradidimus regulam, ea etiam ad Sacra Theatra elaboranda, mirabiliter eſt accommodata, quæ ſubindè exhiberi ſolent in Templis. Quædam ex his pluries depinxi Romæ, ampla enimverò ac magnifica; qualia Templum Jeſu excitatum, atque ejus amplitudo poſtulabat: ex quibus unum, quod elapſi proximè ſæculi anno nonageſimo quinto me conficere memini, hìc ſequuturiſque proximè tribus figuris apponam; quarum prior veſtigium, in quo tria continentur, demonſtrabit: Architecturam nempè excogitatam, Templi abſidem collocandam, lineaſque ſectionum. Has lineas etiam atque etiam diligenter conſiderare oportet, ut Scenarum partes ità collocentur, talique in loco, ut poſſint videri; ſed non ultra id, quod requiritur; quin vel tranſverſum quidem unguem è ſuo loco dimoveri debeant. A' diverſitate autem linearum, quibus conſtant Scenæ, ab earum intervallis, atque obliquitate tres reſultant partes tribus mox figuris proponendæ; quarum ſingulæ ſuis lineis ſectæ ſunt, ut earum diviſionibus, ſi Theatris imponantur, nequicquam obeſſent rotundationi, quam in veſtigio propoſuimus; atque oculorum oblectamento, quod capitur ex tertia figura; cujus ſectiones ideò apparent in prima linea A, B. *Animum advertite ad altitudines, per obliquam faciem* C, D, *hìc poſitam; ut poſſitis eâ uti, cum ſe dederit occaſio erigendi ſequentes figuras; quas, loci anguſtiis incluſus prætermiſi.*

FIGURA QUARANTESIMAQUINTA.

Pianta di Teatro Sacro fatto in Roma, e come ſi diſpone.

LA regola precedente ſerve ancora mirabilmente per i Teatri Sacri, che ſoglion rappreſentarſi nelle Chieſe. Alcuni di queſti ne ho io lavorati in Roma, ed in vero di vaſta mole, come richiedeva la grandezza del Gieſù, fra quali uno fatto nel 95. ne ſcelgo à dimoſtrarvi partitamente nelle tre ſeguenti figure, la prima delle quali vi moſtrerò la pianta, che contiene tre coſe, cioè l'architettura da pingerſi, la Tribuna della Chieſa da collocarſi, e le linee del taglio. Queſte linee ſi debbon conſiderare ben bene per collocare i pezzi in tal modo, ed in tal ſito, che ſi poſſan vedere; ma non più del dovere, e ſenza punto alterarle. Dalle diverſità di queſte linee, loro intervalli, e obliquità ne naſcon i tre differenti pezzi della ſeguente figura, tagliati ciaſcuno nella ſua linea, acciocchè poſti ſu'l Teatro per i loro diſtaccamenti non alteraſſero punto la rotondità preteſa nella pianta, ed il buon'effetto dell'occhio, che fa la terza figura, tagliata però ſu la prima linea *A, B*, Oſſervate le altezze per mezzo del profilo *C, D*, poſto quì, à fine, che poſſiate di eſſo ſervirvi in occaſione di alzare le figure ſeguenti; le quali, per non aver luogo, ho tralaſciato.

Figura 45.



FIGURA QUADRAGESIMASEXTA.

Quâ ratione ejuſdem partes pingendæ ſint; deque earum modulis.

TRia iſthęc ſegmenta, in linea ſectionum veſtigii ſuperioris depicta fuerunt, ad habendas perpendicularium latitudines: verùm ad habendas etiam altitudines, facienda eſt Architectura obliqua; juxtà morem, in ſuperioribus Theatris ſervatum; appoſitis ſectionum lineis, nempè pro rectis telariis ductâ ſimplici linea, duplici autem pro obliquis. Similiter agentes adamuſſim invenietis altitudines requiſitas ad telas veſtras abſolvendas, quæ, ſuis in locis collocatæ, videbuntur æquales, licèt re ipsâ non ſint. Hac ſanè ratione, tum hæc, tum aliæ ſimiles Architecturæ conſtruendę ſunt, ut veſtigia talia appareant, qualia ſibi quiſque adinvenit. Aliàs fieri poſſet (id quod non rarò contingit) ut dum quis metiri vult ſecundas, tertiaſve partes ſequentis operis ad uſum, nequaquam expectationi reſponderent, eo quòd per imprudentiam ita depictę eſſent, acſi fuiſſent aliquod ſuperficiei contiguum, ac continens.

FIGURA QUARANTESIMASESTA.

Come ſi fanno i pezzi; e le loro miſure.

QUeſti tre pezzi furon fatti sù le linee del taglio della pianta paſſata, per cavarne le larghezze delle perpendicolari: ma per averne le altezze, biſogna alzar il profilo dell' Architettura al modo de' Teatri paſſati, con le linee del taglio; cioè quelle de' telari dritti con una linea, quelle de' ſtorti con due. Operando allo ſteſſo modo troverete à puntino le altezze da perfezionar i voſtri pezzi, quali meſſi ne' loro poſti parranno uguali, benchè, realmente non ſiano. Queſta è la maniera di far queſte, ed altre ſimili Architetture, acciocchè le piante appariſcano conforme ſono ideate. Altrimenti averrebbe (ciò, che pur troppo interviene) che volendo tal'uno miſurare i pezzi ſecondi, e terzi del ſeguente diſegno per ſervirſene, non gli riuſcirebbono diſtaccandoli, perchè furon fatti, come ſe foſſero ſtati una continuata ſuperficie.

FIGURA 47.

Figura 46.







FIGURA QUADRAGESIMASEPTIMA.

Theatrum idem integrum, additis umbris, & picturæ luminibus.

EN adumbrationem Theatri, factam ſupra lineam A. B. *Id quod hìc apparet in unica ſuperficie, nempè in hac ſola pagina, pictum fuit in pluribus partibus unitis, & ſejunctis, illuſtratis ceris apparentibus, & abſconditis, quæ & ipſæ venerunt in partem imponendi oculis, eo quòd diſpoſitæ eſſent juxta opticæ præcepta, ad normam extremorum lineamentorum operis: adeò ut nemo non juraſſet ea telaria rotunda eſſe, licèt re ipsâ eſſent plana. Uſque adeò verum eſt, delineationes magnorum operum, elaboratas juxta regulas architecturæ, picturæ, atque optices, oculos in errorem inducere: & ſanè, ego me videre memini quendam, hoſce gradus aſcendere meditatem; quin animadverteret fraudem, donec manibus id quod erat pertractaret.*

FIGURA QUARANTESIMASETTIMA.

Teatro tutto intero, ed ombreggiato.

QUeſto è il diſegno del Teatro cavato ſopra la linea *A, B*, della ſua pianta. Quello, che quì ſi vede ſopra una ſuperficie, cioè, ſopra queſta carta, fu fatto in più pezzi uniti, e diſtaccati, quali furono illuminati di candele viſibili, e naſcoſte, che ancora fecero la loro parte in gabar l'occhio, perchè furon diſpoſte con arte di proſpettiva, ſecondo la guida de' contorni dell'opera: Sicchè ogn'uno avria giurato, che que' telari foſſer rotondi, benchè in verità foſſero piani. Tanto è vero, che i diſegni di opere grandi fatti con buona regola di architettura, pittura, e proſpettiva gabano l'occhio; ed io mi ricordo aver veduto perſone, che volean ſalir queſte ſcale, ſenza avvederſi dell'errore, finchè non le toccaron con le mani.

Figura 47.

Teodoro Verkruys fe.t

FIGURA QUADRAGESIMAOCTAVA.

Alius ejuſdem figuræ modus.

HÆC architecturæ ſpecies commodè à vobis tranſferri poſſet in uſum Theatri ad exhibendum populo Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, aut ad aliquid repræſentandum hujuſmodi tamquam in receſſu, v. g. viridarii, vel atrii. Placuit proinde in hunc locum inſerere ob diſcentium utilitatem. Veſtigium, ac geometricam delineationem prætermiſi, nè opus excreſceret præter modum, & nè verba inutiliter congererem. Cæterùm partes eruditi lectoris erunt, quæ deſunt per ſeipſum ſupplere.

FIGURA QUARANTESIMAOTTAVA.

Altra invenzione per l'iſteſſo effetto.

QUeſta invenzione d'architettura potrebbe ſervire altresì per un Teatro di quarant'ore, ò per qualche altro luogo, onde poteſſe vederſi da lontano, come ſarebbe nel fondo d'un giardino, o pure nel cortile di un gran palazzo; non ho voluto tralaſciare di metterlo in queſto luogo per chi ſe ne voleſſe ſervire. Ho tralaſciato la pianta, e delineazione geometrica per non moltiplicar carte, e parole, rimettendomi al giudizio dell'erudito lettore.

Figura 46



FIGURA QUADRAGESIMANONA.

Inſtructio pingendi Tholos, quorum plana ſuperficies cavum faſtigium ſuſpectu refert.

SI Architecturæ rotundæ formæ, à fronte ſpectatæ adeò difficulter elaborantur, eo quod a puncto ad punctum manu curvari debeant lineæ, quæ nequaquam circino deſcribi poſſunt: Architecturæ tamen vertici imminentes, quæque ſuſpici debent, multò facilius perficiuntur: propterea quòd circuli, licèt imminuti, ſemper nihilò minùs perfecti ſunt, circinoque deſcripti. Una ſupereſt difficultas in inveniendis tot centris contractis, quot erunt circuli; eorumque centra, quot membra in Architectura: præſertim ſi oculi punctum à medio recedat, ut in Tholo A. D. *Hìc oculus* O. *ſuſpicit Tholum* D. *& pilas obliquè in* P. *verùm omnis altitudo centrum habet in linea medii* M. N. *Ducite igitur ad punctum* O. *omnem altitudinem, & omne centrum, ubi lineæ oculares ſecant lineam ſectionum* B. C. *& illa diſtantia ſectionum erit pro circini apertura. Præparate deindè circulum* A. *cujus diameter æqualis ſit lineæ* B. C. *ſuperiori; Dividite illum linea* O. A. E. *diſtribuite circum veſtigia pilarum* P. *& ducite ad punctum* O. *ducentes ad lineam* O. A. E. *centra, & pilas, quæ ſectæ fuerunt in linea* B. C. *ut videtis. Hoc pacto habebitis ubi figatis pedes circini, ad deſcribendos circulos opticè contractos, qui finem imponant altitudinibus pilarum. Tholus* H. *eo quòd oculum habeat in medio, eſt apprimè facilis, cùm alter circini pes ſemper hæreat in medio, altero ad ſectiones pilarum divaricato.*

FIGURA QUARANTESIMANONA.

Iſtruttione, per fare le Cupole di ſotto in sù.

SE le Architetture rotonde, meſſe in proſpettiva, e vedute in faccia, ſono sì difficili à ben farſi, per haver à condur la mano da punto à punto per tirar le linee curve, non poſſibili à deſcriverſi col compaſſo; altrettanto ſono facili le architetture rotonde di ſotto in sù: perchè i circoli, ancorchè digradati, ſon ſempre perfetti, e fatti col compaſſo. Solo vi è difficoltà in trovar tanti centri digradati, quanti ſaranno i circoli; e tanti ſaranno i centri, e circoli, quanti i membri dell'architettura: particolarmente quando il punto dell'occhio è fuori del mezzo; come nella Cupola *A. D.* Quì l'occhio vede in alto la Cupola *D.* ed i pilaſtri in profilo *P.* Ma ogni altezza hà centro nella linea del mezzo *M. N.* in 1. 2. Tirate adunque al punto *O.* ogni altezza, ed ogni centro, dove le viſuali ſegano la linea del taglio *B. C.* e quella diſtanza delle ſezzioni ſervirà per apertura del compaſſo.

Preparate un circolo *A.* di diametro uguale alla linea *B. C.* dividetelo con una linea *O. A. E.* diſtribuitegli d'attorno la pianta de' pilaſtri *P.* e tirateli al punto *O.* tirando poi alla linea *O. A. E.* i centri, e pilaſtri, che furono tagliati sù la pianta *B. C.* Così averete dove porre le punte del compaſſo, per far i circoli digradati, che dian termine alle altezze de' pilaſtri. La Cupola *H.* per aver l'occhio in mezzo rieſce molto facile, perchè una punta del compaſſo ſtà ſempre ferma nel mezzo, slargandoſi l'altra alle ſezioni de' pilaſtri.

FIGURA 50.

Figura 49.



FIGURA QUINQUAGESIMA.

Tholus contractus, ſtructurâ ſuperiori elaboratus.

Superiorem figuram præmiſimus, ut hæc faciliùs intelligeretur; quia cum eſſet in eâ multum ex Architecturâ, ægrè explicari potuiſſet ac percipi: Verumtamen ſat confido, fore ut eam ſatiùs intelligatis opere, vos circa ipſam exercendo; quàm ſpeculando. Deſcripto circulo, per ambitum, apponantur plurium columnarum veſtigia, ſervato intervallo, quod ab Architectura requiritur, appoſitiſque ſtylobatarum projecturis, & coronidum, quorum anguli, ad punctum O. *translati, dabunt etiam eorum contractionem. Supereſt jam ut transferantur altitudines Geometricæ ſtylobatarum, ac coronidum, unà cum propriis ſingulorum membrorum centris ad punctum diſtantiæ; Quod hìc extra papyrum jacet, ut habeantur altitudines circulorum, ad regulas Opticæ deſcribendorum: Et quidem ego, ut fugerem linearum multiplicitatem, omiſi transferre membra ſingula, ea vobis relinquens transferenda ad lineam ſectionum* A. C. *quæ ſectiones oſtendent circini aperturam, cujus pes alter figetur in centro, alter in illi reſpondenti: mox eas lineas transferendo ad lineam medii* O. P. *rem perfeceritis. Hìc memineritis oportet eorum, quæ figuris* 9. 10. 11. *dicta ſunt; quare nihil eſt cur repetantur: Sed aptate regulam puncto oculi, extra paginam ſito, anguliſque projecturarum; atque ſectiones, à regula effectas, transferte.*

FIGURA CINQUANTESIMA.

Cupola in piccolo di ſotto in sù.

LA paſſata figura fù fatta per dichiarar maggiormente queſta; perchè eſſendo compoſta di Architettura, ſarebbe riuſcita difficile à ſpiegarſi, ed intenderſi. Però provate à farla, e così forſe l'intenderete meglio colla prattica, che colla ſpeculativa. Fatto un circolo, diſtribuitogli attorno la pianta di più colonne, con quegli intervalli, che richiede una buon'architettura; mettendogli ancora d'intorno gli aggetti de' piedeſtalli, e cornicioni, gli angoli de' quali, portati al punto *O*, vi daranno la lor digradazione. Reſta adunque per haver le altezze de' circoli in proſpettiva portar le altezze Geometriche de' piedeſtalli, e cornicioni, con i centri proprii d'ogni membro, al punto della lontananza, che quì è fuori della carta: ſe ben io non hò più portato tutti i membri, ad evitar la confuſione, laſciando à voi il riportargli sù la linea del taglio *B. C.* Le ſezzioni della ſudetta linea dinotaranno le aperture del compaſſo, una punta del quale porrete ſul centro, l'altra nel ſuo corriſpondente, e con traſportarle poi sù la linea del mezzo *O. P.* otterrete l'intento. Quì dovete ancora ricordarvi di ciò, che vi avviſai per voſtra maggior facilità, alle figure 9. 10. 11. onde non accade ripeterlo: ma applicate la riga al punto dell'occhio fuori della carta, ed à gli angoli degli agetti, e dove ſega, traſportarete quella miſura.

FIGURA 51.

Figura 50.



FIGURA QUINQUAGESIMAPRIMA.

Tholus Collegii Romani juxta aliam regulam, quæ tamen relabitur cum ſequenti.

Cupido animum inceſſit oſtendendi hìc regulas à me hujus operis parte priori traditas, eaſque quas modô tradimus, in eaſdem menſuras incidere; modo ſint in eodem puncto, & diſtantia: quare ut vos experiamini, placet proponere: quo demùm concludetis, regulas in quacumque facultate, ſi bona ſint, poſſe quidem inter ſe interdum differre, adverſari tamen, nequaquam; imò viciſſim ſibi opem ferre, ut in Arithmetica uſuvenit, in qua ratio multiplicandi ad dividendum confert, & contrà. Facitote proindè periculum, invenietiſque circini aperturam ab L, M, *&* S, T, *fore eandem in ſequenti figura, in linea ſectionum etiam* L, M, *&* S, T, *ita in centris. Metiminor* I. *centrum veſtigii, & centrorum altitudinem* N, Q, *& videbitis in ſequenti figura hanc altitudinem eſſe æqualem illi. Atque ita experientiâ comprobabitis id, quod initio dictum eſt, nempè bonas regulas differre quidem inter ſe poſſe, adverſari autem neutiquam.*

FIGURA CINQUANTESIMAPRIMA.

Cupola del Collegio Romano, con la regola del primo Tomo.

MI è venuto voglia di moſtrarvi in queſto luogo, che le regole delle Cupole inſegnate da me nel primo libro, e quelle, che andiamo tutt'hora inſegnando, tornano sù le ſteſſe miſure, purchè ſiano col medeſimo punto, e diſtanza: onde io ve le propongo, perchè le miſuriate; e quando le troverete uguali, doverete dedurne, che le regole, quando ſono buone, poſſon bensì alle volte eſſer diverſe, ma contrarie non mai: anzi l'una dà luce all' altra, ſicome nell'arithmetica il moltiplicare ſerve di prova al partire, e viceverſa. Fate adunque la pruova; e troverete, che l'apertura del compaſſo da *L. M.* & *S. T.* ſarà la ſteſſa della figura ſeguente sù la linea del taglio pur da *L. M.* & *S. T.* così de' centri. Miſurate *I.* centro della pianta, e l'altezza de' centri *N. Q.* e vederete nella figura ſeguente, che queſta altezza è come quella. Conchè vedrete in eſperienza la verità di ciò, che vi diſſi al principio; cioè che le buone regole poſſon eſſer diverſe, non contrarie.

FIGURA 52.

Figura 90



FIGURA QUINQUAGESIMASECUNDA.

Tholus Collegii Romani, ad normam ejus, quę hic traditur regulę.

IN idem veſtigium, & orthographiam geometricam ſuperioris Tholi transferte in lineam ſectionum radios oculares; ac dimetiendo circino eas ſectiones L, M, & S, T, *videte an hæ illis reſpondeant: ex quo inferetis, Tholos utroque modo, parìque ſucceſſu effici poſse.*

FIGURA CINQUANTESIMASECONDA.

Cupola del Collegio Romano con la preſente regola.

ECco la ſteſſa pianta, ed elevazione geometrica della Cupola paſſata. Portate sù la linea del taglio le viſuali, e miſurando col compaſſo quelle ſezioni *L*, *M*, & *S*, *T*, conſiderate ſe queſte ſono come quelle; e da ciò caverete, che le Cupole poſſon farſi in amendue le maniere, coll'iſteſſo effetto.

Figura 52.



FIGURA QUINQUAGESIMATERTIA.

Tholus Collegii Romani jam nuper exhibitus, picturæ umbris.

UT vobis redigerem in memoriam ea, quæ priori parte hujus operis dicta ſunt de umbris, appoſui hîc ejuſdem alterius libri Tholum adumbratum. Hac occaſione dicam qua ratione alium Tholum, atque planum confecerim, quem ex calce factum eſſe volui, non ex tela; quò diutiùs perſiſteret. Regulas ligneas quadratas clavis in angulos ſub trabibus religari juſſi plurimas, quæ inter ſe diſtarent digitos duos; Sic tamen, ut in ſuperiori parte magis inter ſe recederent, in inferiori autem anguli accederent propiùs; velut in circino divaricatis cruribus, quò firmiùs calx ingeſta adhæreſceret; tum inducto tectorio, omnia æquata ſunt, ac probè levigata, atque ita demùm Tholus pingi cœptus eſt. Hoc artificio, cum ſe dederit occaſio, uti poteritis; niſi quid vobis meliùs libuerit.

FIGURA CINQUANTESIMATERZA.

Cupola del Collegio Romano ombreggiata.

PEr tornarvi a memoria la ſpecie dell'ombre, vi propongo la Cupola dell'altro libro ombreggiata. Con queſta occaſione io vi dirò che maniera tenni in pingere un'altra Cupola in piano, quale non volli, che foſſe di tela, ma di calce, acciocchè più duraſſe. Feci inchiodar per angolo molti regoli quadrati ſotto a groſſi travi, diſtanti fra loro due dita; acciocchè la calce, entrata che foſſe dentro, non poteſſe più uſcire, ed uniſſe bene coll'intonicatura di fuori, ſopra cui bene ſpianata, e liſcia dipinſi la Cupola. Di queſt'artificio potrete voi giovarvi venendovene occaſione, ſe così vi ſarà in piacere.

Figura 53



FIGURA QUINQUAGESIMAQUARTA.

Tholus alter arbitrariæ ſtructuræ.

Ieri poteſt, ut vobis ſe det occaſio opticum opus pingendi in loco perquam difficili, ac incommodo; Verbi causâ, pingendus vobis erit Tholus in fornice quadrangulari, quæque altera ex parte ſit latior, qualis eſt iſthæc. Videte jam quâ ratione id conſequutus ſim. Situm elegi planiorem quem potui, quatuor ſemicirculos aperiens, ex quibus reipsâ duo ſunt ſemiovati, pro quibus duo requiruntur centra, quod nemo neſcit. Itaque ad pingendum Tholum hunc juxta hanc figuram, ſeptem neceſſaria ſunt centra, unum pro angulis num. 1., *duo pro ſemicirculis num.* 2. *quatuor pro ſemiovatis num.* 4. *Cum punctum oculi* O. *ſitum ſit extra medium, priùs inveniendа eſt imminutio centrorum pro angulis, totidem centris, quot ſunt membra architecturæ, incipiendo à centro veſtigii ſurſum in* 1. o. *Inſuper in linea ducta ad centrum veſtigii, inveniendа ſunt centra totidem, ut ſupra: ad hæc in aliis lineis duabus ad punctum ductis, invenire oportet totidem centra pro ſemiovatis in* 4. o. *Poſtremò quærendus eſt locus, in quo alter circini pes inſiſtat, pro altitudinibus architecturæ, quod invenietis in linea ſectionum* A. B. *ſed in hoc præter morem vobis erit fortaſſe laborandum, & ſi in hoc ſchemate conatus ſim vobis oſtendere quâ licuit claritate.*

FIGURA CINQUANTESIMAQUARTA.

Cupola di diverſa figura.

TAL volta vi verrà occaſione di dover fare alcuna proſpettiva in ſito diſadatto, ed irregolare; per cagione d'eſempio, dovrete fare una Cupola in una volta fatta à crociera, ò più larga da una parte, che dell'altra, quale è queſta. Or vedete che maniera hò tenuto. Hò preſo il ſito più piano, che hò potuto, con far l'apertura di quattro mezzi circoli, de' quali, per dir il vero, due ſono mezzi ovati, pe' quali vi voglion due centri, come ogn'un sà. Di modo, che à far queſta Cupola con queſta figura vi voglion ſette centri: uno per gli angoli nel num. 1. Due per i mezzi circoli in 2., e quattro per i mezzi ovati in 4. Per eſſer il punto dell'occhio *O.* fuori del mezzo, biſogna prima trovare la digradazione del centro degli angoli, con altrettanti centri, quanti ſono i membri dell'architettura, cominciando dal centro della pianta in sù 1. o. Biſogna appreſſo in una linea, tirata al punto 2. o. trovar altrettanti centri come ſopra: in oltre sù due altre linee tirate al punto, trovar altrettanti centri, come ſopra, per far i mezz'ovati in 4. o. Finalmente convien trovare dove metter l'altra punta del compaſſo, per le altezze dell'architettura, il che troverete sù la linea del taglio *A. B*, ma converravvi ſpecularci ſopra più del ſolito: ſe bene hò procurato nel diſegno di moſtrarvelo più chiaramente, che mi è ſtato poſſibile.

Figura 54.



FIGURA QUINQUAGESIMAQUINTA.

Pars Architecturæ, lineis rectis inferiores partes repræsentans ſuſpectûs.

CUM vos jam delineaveritis Tholos, quorum ſurſum verſus ſuſpectus eſt, tamquam rem facilem; ſpero hanc figuram, quæ Architecturâ conſtat rectâ, multò faciliûs deſcripturos, quàm ſi ante prædictos Tholos propoſuiſſem. Primùm ergo neceſsè eſt, ut ejus veſtigium A. *deſcribatur, quod in hac ſtructuræ formâ ſatis eſt ut ſit geometricum. Ab hoc veſtigio obliquam faciem* P. *deducemus, quam ego ob chartæ anguſtias duplò minorem deſcripſi, ſervatâ tamen ejus proportione, duplicatis menſuris. Vos igitur, qui his anguſtiis minimè circumſcripti eſtis, ac poteſtis, prout libuerit, ſeparatim in alia chartâ delineare; præſtiterit, ut æqualem veſtigio ducatis; quo fiet ut oculi diſtantia ſit remotior. In incipiendo opere Optico clarè videbitis, angulos veſtigii ſuppeditaſſe mihi omnes perpendiculares, quæ in hoc genere Opticè evadunt oculares, cùm ad oculi punctum duci debeant, quod hìc in* O. *ſitum eſt ſupra baſim veſtigii in* C. *duplo magis quàm ab* N. M. *Angulos autem obliquæ faciei duxi ad punctum* I. *diſtantiam oculi; & à ſectionibus, quas fecerunt in linea decuſſationum* N. M. *ſumpſi altitudines linearum tranſverſarum, ſed duplicatas: terminum autem earumdem ab veſtigii angulis accepi, ductis ad punctum, ut innuo in* E. *Aliæ lineæ, quæ in figuris opticis vertici imminentibus fuiſſent oculares, hìc fiunt perpendiculares. Eadem opera fieri poſſet ſine baſi inferiori; Satis enim abundè ſufficeret præter obliquam faciem orthographia geometrica à fronte in medio puncti, ducendo ſingulos angulos in lineâ ſectionum, à qua haberetis latitudinem ſingularum linearum, & angulorum, tum pro tranſverſis, tum pro perpendicularibus. Hac ratione utar in figura* 58. *banc ducendo â ſolâ othographia.*

FIGURA CINQUANTESIMAQUINTA.

Un pezzo di Architettura di ſotto in sù per linee rette.

AVendo voi diſegnate le Cupole di ſotto in sù, come coſe facili; ſtimo, che diſegnerete la preſente figura, che è di Architettura retta, molto più facilmente, che ſe ve l'aveſſi propoſta prima delle predette Cupole. Prima adunque di ogni altra coſa è neceſſario farne la pianta *A.* la quale al ſotto in sù ſerve puramente geometrica: da queſta pianta ne faremo il profilo *P.* quale io ho fatto la metà più piccolo, perchè capiſſe nel mio diſegno, ſupplendo alla vera proporzione con raddoppiar le miſure. Voi però, che avete libertà di farlo ſeparatamente in altra carta, farete bene à farlo uguale alla pianta; e per conſeguenza la diſtanza dell'occhio ſarà più lontana. Nel cominciare la proſpettiva vederete chiaramente, che gli angoli della pianta mi han dato tutte le perpendicolari, che in queſta ſorte di proſpettiva diventan viſuali, dovendoſi tirarle al punto dell' occhio, che quì ſtà in *O.* alto dal piede della pianta in *C.* quanto è due volte da *N. M.* Gli angoli poi del profilo li ho tirati al punto *I.* diſtanza dell'occhio, e da' ſegamenti, che eſſi han ſotto sù la linea del taglio *M. N.* ho cavato le altezze delle linee piane, ma raddoppiate: il loro termine lo caverò da gli angoli della pianta, tirati al punto *O.* come vi accenno in *E.* Le altre linee, che nelle proſpettive verticali ſarebbono ſtate viſuali, quì diventano, perpendicolari. Si potrebbe fare l'iſteſſa operazione, ſenza far la pianta di ſotto; perchè ſupplirebbe baſtantemente oltre il profilo una elevazione geometrica in faccia, in mezzo al punto, portando ogni angolo sù la linea del taglio, dalla quale averete le larghezze d'ogni linea, e d'ogni angolo, sì per le piane, come per le perpendicolari. Di queſto modo mi ſervirò nella figura 58. cavandola dalla ſola elevazione.

FIGURA 56.

Figura 55.



FIGURA QUINQUAGESIMASEXTA.

Documentum traditur de laquearibus oblongis.

ANtequam vobis proponerem Opticam adumbrationem, quæ à ſpectatoribus ſuſpecta ſurſum aſcendere videretur, licèt ſingulæ ejus partes planæ eſsent, & æquâ ſuperficie depictæ: repræſentandam in oblongo laqueari aulæ, aut fornicis, neceſsè habui hanc rudem ejus imaginem præmittere, uti rem perneceſsariam animadverteretis. Nempè in oblongis quadratis (juxtà hanc, quam tradimus, regulam) duo apponenda eſse puncta pro diſtantia oculi, ut in hoc ſchemate factum apparet, in quo oculus medii O. *decuſsat lineam ſectionum* A, B, *ob contractionem facierum, & oculus* I, *ob contractionem laterum, licèt in adumbratione omnia colliment ad punctum, ut par eſt in* X.

FIGURA CINQUANTESIMASESTA.

Soffitti bislunghi, e ſuo avvertimento.

PRima di moſtrarvi un diſegno in proſpettiva di ſotto in ſu, da dipingerſi in un ſoffitto bislungo di un Salone, o Volta di Chieſa, è ſtato neceſſario premetter queſta ſemplice figura, per farvi avvertire una coſa; cioè, che ne' quadri bislunghi (conforme à queſta regola) ſi debbon metter due punti per la diſtanza dell'occhio; ſicome vedete, che ho fatt'io quì in queſta figura, in cui l'occhio del mezzo *O.* ſega la linea del taglio *A. B.* per dare lo ſcorcio alle facciate; e l'occhio dell'*I.* la ſega per lo ſcorcio de' fianchi: ancorchè nel diſegno tutte le coſe mirino à un punto, come è il dovere, in *X.*

FIGURA 57.

Figura 56.



FIGURA QUINQUAGESIMASEPTIMA.

Laquearis veſtigium Architectonicum.

TRibus conſequuturis ſchematibus oſtendam præparationes, atque adumbrationem nobilis architecturæ, in quam ex æquali loco, in editiorem proſpectus ſit. Ac primò quidem veſtigium ejuſdem exhibeo, quod primum mente concipiendum eſt: in hoc enim tota ponitur ſpecies, tum diſtribuendarum columnarum, tum latitudinis vacuorum, ac ſolidorum, craſſitudinum etiam murorum, ac projecturarum, quæ apponendæ ſunt. Veſtigio diligenter elaborato, facilè eſt orthographiam attollere, appoſitis projecturis totidem, extremiſque lineamentis reſpondentibus, ut ex ſequenti ſchemate videre erit. Veſtri tamen arbitrii erit mutare quidquid videbitur, ubi occaſio ſe dederit ſimilium operum efficiendorum.

FIGURA CINQUANTESIMASETTIMA.

Pianta di Architettura per un ſoffitto bislungo.

NElle tre ſeguenti figure moſtrerovvi le preparazioni, ed il diſegno di una nobile architettura di ſotto in sù. E primieramente in queſta propongo la pianta, che debbe farſi prima d'ogni altra coſa; perchè sù queſta ſi concepiſce tutta l'idea, tanto per la diſtribuzione delle colonne, quanto per la larghezza de' vuoti, e de' pieni, la groſſezza delle muraglie, e tutti gli aggetti, che deve avere. Se queſta ſarà fatta con eſattezza, ne caverete facilmente l'elevazione con altrettanti ſporti, e contorni corriſpondenti, come apparirà per la figura ſeguente. Rimetto però al voſtro arbitrio il mutare ciò, che vi parrà, venendovi occaſione di far ſimili opere.

Figura 57.



FIGURA QUINQUAGESIMAOCTAVA.

Orthographia ſuperioris veſtigii.

HÆC eſt orthographia ſuperioris veſtigii. Ab ea ſola elevatione, ſive obliqua fronte (ſi ita placet nominare) deduxi ſequentem delineationem ſcenographicam, de qua dictum eſt figura ſuperiore; apponens lineam ſectionum in initio mutulorum in B, C, *ac diſtantiam oculorum ad arbitrium. (Si tamen pro certo loco pictura facienda ſit, metienda eſt diligenter diſtantia ab oculo, ad laqueare, cum ab ea pendeat propria rerum contractio.) Cæterùm angulos ſingulos tranſtuli, juxtà morem ab angulo, ad angulum, quin uterer veſtigio in linea ſectionum, & ab ea hauſi totius operis menſuras, ut videbitis: Ego enim poſſe ſingula oratione complecti non ſpero. Credo tamen vos, qui perſpicacitate veſtra hucuſque perveneritis, eadem ulteriùs proceſſuros.*

FIGURA CINQUANTESIMAOTTAVA.

Elevazione della paſſata pianta del ſoffitto bislungo.

QUeſta è l'elevazione della pianta paſſata. Da queſta ſola elevazione, ò profilo (che vogliate chiamarlo) ho cavato il ſeguente diſegno in proſpettiva di ſotto in sù; mettendo la linea del taglio al principio delle menſole in *B*, C, e la diſtanza de' due occhi ad arbitrio (quando però ſi opera per luogo determinato, è neceſſario miſurare l'altezza dall'occhio al ſoffitto molto eſattamente, dipendendo da quello lo ſcorcio proprio di tutte le coſe.) Del reſto ho portato angolo per angolo, giuſta il ſolito, avanti, e dietro, ſenza ſervirmi di pianta, sù la linea del taglio; e da eſſa ho cavato tutte le miſure dell'opera, come vedrete: perocchè io diſpero di potervela ſpiegar per minuto: credo sì bene, che eſſendo voi colla voſtra perſpicacia giunti fin quì, colla medeſima andrete ancora innanzi.

FIGURA 59.

Figura 56.



B

C

FIGURA QUINQUAGESIMANONA.

Opticus ſuſpectus utriuſque veſtigii, nuper propoſiti.

ANguſtiæ loci, atque amplitudo operum pluries mihi prohibuerunt, quominus latiores exhiberem delineationes, eaſque, quâ optarem, claritate explicarem: immò interdùm & umbras prætermiſi, nè extrema lineamenta prorſus confunderem; quod ſanè obtigiſſet in hac contracta architectura. Verùm earum defectus nullius damni eſt: neque enim hoc opus Tyronibus proponendum eſt, ſed provectioribus, qui per ſe intelligunt, ubi apponendæ ſint umbræ; quippè qui probè callent ejuſmodi facultatem. Memini tamen me legiſſe, quemdam Pictorem ſolarum ſcenographiarum, cum vellet pingere ſimile quoddam laqueare, curaſſe efficiendam ſibi rudem futuri operis formam anaglypticam, ut accedente Sole, ex ejus extantiis umbrarum projecturas cognoſceret. Egregium ſanè commentum, niſi archetypum opus magnam mercedis, & pretii partem ejuſdem abſoluti prævoraſſet. Ajo igitur, Pictor, modo calleat picturas, fore ut poſſit magnam laboris impenſæque partem lucrari, percepta prius, ac ſecum mente pertractata operis formâ. Benè nobiſcum præclarèque actum eſſet, ſi ſingulis operibus præmittendi eſſent archetypi! Verùm antequam ad picturam accedat Pictor, curet parari ſibi, tinctumque dilui præcipuum, quò omnes ejus partes temperet, aptèque componat, nè invicem diſcordent: ut dicemus in inſtructione de pingendo aquario opere. Hæc ſunt, quæ breviter habui dicere de pictura; deinceps quæ ad architecturam propiùs pertinent, ediſſeremus.

FIGURA CINQUANTESIMANONA.

Proſpettiva di ſotto in sù delle paſſate figure.

LA picciolezza dello ſpazio, e la vaſtità de' penſieri mi han più volte coſtretto à far diſegni molto piccoli; onde non hò potuto dimoſtrarveli con quella chiarezza, che avrei voluto; anzi ſono ſtato coſtretto à laſciare in alcuni luoghi le ombre, per non confonder affatto i contorni, il che ſaria ſenza dubbio ſeguito in queſto ſcorcio d'architettura. E' ben vero, però che una tal mancanza non è di verun pregiudizio, perchè queſta è opera non da proporſi a' principianti, ma a' provetti, i quali intendono per ſe ſteſſi dove ſi richieggano gli ombreggiamenti, come quelli, che ſono bene ſperti in ſimili lavori. Mi ricordo però di aver letto di un certo Pittore di ſole Proſpettive, che dovendo pingere una tal ſorte di ſoffitto, ſi fece fare il modello di tutta l'opera di rilievo, acciocchè col benefizio del Sole, poteſſe conoſcer le cadute delle ombre. Buona induſtria per certo: ſe l'abbozzo dell'opera non aveſſe conſumato buona parte del prezzo, che cavò poi da quella perfezionata. Dico adunque, che ſe il Pittore s'intenderà ancora di figure, potrà avanzar queſta ſpeſa, e fatica, avendo ben bene concepito tutta l'opera nell'idea. Staremmo bene, ſe per ogni lavoro vi biſognaſſero modelli! Prima però di por mano al lavoro, prepari il Pittore una tinta principale, che vaglia ad accordar tutta l'opera; acciocchè le parti di eſſa non diſcordin fra loro, come più lungamente diremo nell'iſtruzione di dipingere à freſco. Queſto ho avuto à dire brevemente della pittura: Da quì innanzi parleremo delle coſe, che più ſi accoſtano all'architettura.

Figura 59.



FIGURA SEXAGESIMA.

Ara Sancti Ignatii Romæ extructa.

NObilitandi cauſa librum hunc, utque hæc ſcenographiæ regula magis eniteſcat, obliquè eam inſerui in delineatione Sacelli hujus, à me elaborati Romæ, atque in opus deducti, erectique Divo Ignatio Lojolæ anno ſæculari ſeptingenteſimo ſupra milleſimum. Vix alibi invenietur, aut varietate operum, aut metallorum opibus, aut delectu lapidum peregrinorum, moles tanta, tam brevi tempore inchoata, atque abſoluta, cum vix quadriennium tranſgreſſa fuerit. Idque vel maximè debetur artificum ſolertiæ, qui id præcipuè elaboraſſe viſi ſunt, ut in tam egregio opere ſuum nomen ab oblivione vindicarent: felici ſanè ſucceſſu; ſive enim anaglyptica opera æris flati, auroque obliti, præcipua Ignatii geſta ad vivum repræſentantia, conſiderentur; ſive duos illos ex utraque Altaris parte ſignorum nexus, ſcitè inter ſe conjunctos perpendas, vix erit, ut aliquid ubivis abſolutum magis, perfectumque conſpicias. Verùm nihil eſt, cur in his morer diutiùs, cum omnia iſthæc fusè, eruditèque, ut ſui moris eſt, ſtilus longè nobilior ſit proſequutus in opere, quod inſcribitur Roma moderna; quare hunc Lectori adeundum cenſeo.

FIGURA SESSANTESIMA.

Altare di Sant'Ignazio fabricato in Roma.

PER nobilitar queſto libro, ed acciocchè ſpicchi maggiormente queſta regola di proſpettiva, l'hò fatta entrare obliquamente nel diſegno di queſta Cappella, da me fatto in Roma, e meſſo in opera l'anno 1700. ad onore di Santo Ignazio di Lojola. Appena troveraſſi altrove in varietà di lavori, in ricchezza di metalli, e nella ſceltezza delle pietre, una mole sì vaſta, incominciata, e condotta à fine nello ſpazio di quattr'anni: mercè la maeſtria degli artefici, i quali fecero à gara, perchè i loro nomi viveſſero ſempre nella memoria de' poſteri. E certo han conſeguito l'intento, imperciocchè, ò ſi conſideri la delicatezza de' lavori nelli rilievi di bronzo dorato, in cui ſi eſprimono i fatti più illuſtri del Santo, ò i due gruppi di ſtatue, che ſon poſti da' lati dell'Altare, appena ſi potrà veder opera più gentile. Ma di ciò non accade, che io dica più altro, eſſendo ſtato deſcritto da penna molto più nobile, nella ſua Roma moderna, à cui rimetto il Lettore.

Figura 60.



ALTARE DI S.IGNATIO NOVAMENTE ERETTO NELLA CHIESA DEL GIESV DI ROMA

Architettura del Padre Andrea Pozzi

Girolimo Frezza Sculp.

FIGURA SEXAGESIMAPRIMA.

Veſtigium, & orthographia ejuſdem aræ.

Quia aliquem hujus artis profeſſorem cupiditas inceſſerat videndi ſuperioris Sacelli veſtigium, atque geometricam orthographiam, utrumque ſubjicio: verùm ruditer, ſoliſque lineamentis craſſioribus elaboratum. In hoc veſtigio concipiendo habui rationem cùm loci naturæ, & commoditatis, tum magnificentiæ; utque ſemel dicam, in illo laboravi, ne viderer aliis inventionem eſſe ſuffuratus: etſi difficilè ſit hanc notam evadere, cum hâc ætate nihil ferè ſit Altarium Architecturâ communiùs. Incidit tamen hoc veſtigium in ſuas difficultates, propter diſſidium eorum, ad quos ſpectabat unum præ multis eligere: verùm cum hoc multis intermiſtum eſſet, electum fuit à viro, hujus ætatis Architecto præclariſſimo.

FIGURA SESSANTESIMAPRIMA.

Pianta, ed elevazione dell'Altare di S. Ignazio.

PErchè à qualche profeſſore di queſt'arte ſarebbe venuto voglia di vederne la pianta, ed elevazione geometrica, eccola; ma con un ſemplice contorno, per non replicar due volte gli ornamenti. Nel compor queſta pianta, ed elevazione ebbi l'occhio alla natura del luogo, alla commodità, e magnificenza; ed in una parola, hò procurato, che l'invenzione non paja tolta ad alcuno, eſſendo per altro aſſai difficile lo ſchivar queſta taccia, per eſſer l'architettura degli Altari omai fatta quaſi commune. Ebbe però queſto diſegno i ſuoi contraſti, per il diſparere di quei, che dovevano eleggerne uno fra molti; ma eſſendo queſto framiſchiato fra gli altri, fù ſcelto da un'Architetto famoſo di queſti tempi.

Figura 61.



FIGURA SEXAGESIMASECUNDA.

Ara Beati Aloyſii, excitata in Templo S. Ignatii Collegii Romani.

Delineatio hæc elaborata fuit, atque in opus deducta eodem tempore quo ſuperior, in Templo S. Ignatii in Collegio Romano, Beato Aloyſio Gonzagæ; Licuitque mihi opus jam abſolutum conſpicere eodem anno, ac Sacellum antecedens, cunctis approbantibus. Contectum eſt hoc Sacellum ubique pulchris marmoribus; Verùm Altare nonniſi peregrinis conſtat, quibus pretium augent æra flata, auroque oblita, atque anaglyptico opere elaborata. Præcipuè autem ſpectantium oculos alliciunt columnæ quatuor ſpirales, Spartano marmore incruſtatæ, non minùs materiâ, quàm opere pretioſæ, per quas totidem vites æreæ, deauratæque prorepunt; nunc primum hac formâ ex eo marmore Romæ hæc viſa ſunt. Verùm ſuper omnia Urna, Aloyſii cineres continens, ſingulari elegantiâ viſitur; cum propter argenteas aureaſque icunculas, tum propter zaphiri maximam vim, quo urna circumquaque tecta eſt. Tabula picta in eo Sacello viſitur nulla; ſed ejus loco, in loculamento Aræ maximo, Aloyſii effigies ad vivum expreſſa è nitidiſſimo marmore cernitur, non ſine extantiis, ac projecturis, anaglyptico pariter opere elaboratis ab inſigni hujus ætatis Sculptore, licèt juvene, cujus nomen reticetur, ne pro commendatione ei confletur invidia apud eos, qui in ſuperiori Sacello ſuam operam egregiè locaverunt artifices. Verùm ea, quæ hactenus dicta ſunt, multum de pulchritudine deperderent, niſi cæteris ejuſdem magni Sacelli partibus conſonarent; cujus altitudo, ac latitudo conjici poteſt à totius Templi veſtigio, quod primâ hujus operis parte exhibuimus ſchemate XCIII.

FIGURA SESSANTESIMASECONDA.

Altare del B. Luigi, fabricato nella Chieſa di S. Ignazio del Collegio Romano.

QUeſto diſegno fù fatto, e meſſo ancor egli in opera nell'iſteſſo tempo, che l'altro antecedente, nella Chieſa di S. Ignazio del Collegio Romano ad onor del Beato Luigi Gonzaga, ed ebbi la ſorte di vederlo perfezionato l'Anno Santo del 1700. con univerſale ſodisfazione. E' fatta queſta Capella tutta di belli marmi; ma l'Altare ſpecialmente è tutto di marmi antichi, à quali aggiungono gran preggio, e vaghezza i metalli dorati. Quello però, che tira à ſe gli occhi de' ſpettatori, ſono le quattro colonne di verde antico ſpirali, prezioſiſſime non meno per la rarità di queſto marmo, di cui ora vi è gran penuria, che per la figura; eſſendo queſte le prime, che ſi ſieno vedute in Roma di tal ſorte di pietra. Per dette colonne van ſerpendo quattro viti di bronzo dorato, che ancor eſſe ſono degniſſime di maraviglia. Ma ſopra ogni altra coſa merita di eſſer conſiderata l'Urna, in cui ſi conſervan le Sacre ceneri del Beato, che per eſſer compoſta di belle figurine d'argento, ed oro, e di lapislazzoli, ſopraffà la fantaſia. In luogo di quadro è poſto nella ſua nichia un baſſo rilievo di marmo bianchiſſimo, opera impareggiabile di un'eccellente Scultore, benchè giovane; il cui nome ſi tace, per non pregiudicare ad altri valentiſſimi Maeſtri, che nella paſſata Capella dieder ſaggio del loro valore. Ma quant' hò detto fin'ora, non ſarebbe tutto il bello, ſe non ſi accordaſſe col rimanente del Capellone, la cui altezza, e larghezza ſi può ſapere dalla pianta della ſteſſa Chieſa, eſpreſſa nel primo libro alla figura XCIII.



SACELLVM B. ALOYSIO GONZAGÆ SOC: IESV ERECTVM IN TEMPLO COLLEGIJ ROMANI EIVSDEM SOC: ANNO 1700

FIGURA SEXAGESIMATERTIA.

Veſtigium, & orthographia ejuſdem formæ.

NOn prætermittam, quin oſtendam veſtigium, & geometricam orthographiam ſuperioris figuræ; non ſolùm, ut eo vos uti poſſitis, ad ſimile opus ſcenographicè delineandum; ſed ut Sculptores, plaſtæ, ac lignorum fabri videant quàm neceſsarium ſit utrumque perficere, priuſquam ad ſua Architecturæ opera aggrediantur. Alios Sacelli, de quo dictum eſt, Archetypos effeci, plus minùs ab hoc diverſos, quos ſequuturis ſchematibus ſubindè proponam.

FIGURA SESSANTESIMATERZA.

Pianta, ed elevazione del paſsato Altare.

NOn laſcierò di farvi vedere la pianta, ed elevazione geometrica del diſegno paſſato, non ſolo, acciocchè vi ſerva per tirar in proſpettiva qualche coſa ſimile; ma acciocchè i Scarpellini, Stuccatori, ed altri Maeſtri di legname conoſcano quanto neceſſario ſia il far l'una, e l'altra, prima di cominciare i loro lavori d'architettura. Per l'accennata Capella feci altri diſegni poco più, o meno diverſi dal preſente, quali vi anderò di mano in mano proponendo nelle ſeguenti Figure.

Figura .63



FIGURA SEXAGESIMAQUARTA.

Aliud Altare Beati Aloyſii, duas tantùm habens columnas.

UT verum fatear, hæc fuit faciendi Altaris forma, de quo ſupra docuimus; verum promiſcuè aliis admiſta, judicio victa fuit, illique poſthabita, in qua columnæ ſunt quatuor. De hoc delectu nihil dicam; rem totam Lectoris judicio permittam; cùm in mea cauſa judex æquus eſſe non poſſim. Dicam ſolùm, eam, propter modicam projecturam, fortaſſe futuram fuiſſe loci naturæ accommodatiorem, ac proindè aſpectui commodiorem ſimul, ac jucundiorem. Utcumque ea ſe res habeat, Domino ſuo deſtituta, publici juris effecta eſt.

FIGURA SESSANTESIMAQUARTA.

Altro Altare per il Beato Luigi, con due colonne.

PER dir il vero, queſta fù la prima idea concepita per l'Altare paſſato; ma propoſta confuſamente coll'altre, ella ſi rimaſe poſpoſta à quella di quattro colonne. Di queſta ſcelta io non dirò altro, rimettendone il giudicio al mio Lettore, per non eſſer io buon giudice in cauſa propria. Dirò ſolo, che per il poco aggetto, che hà, mi ſaria parſa più confacente al luogo, onde ſarebbe ſtata più commoda, e godibile. Comunque ciò ſia, ella ſi è rimaſta ſenza padrone, onde potrà ognuno ſervirſene à ſuo piacere.

Figura 64.





FIGURA SEXAGESIMAQUINTA.

Aliud item Altare, eodem pertinens, aliquantulum variatum.

EN aliud haud ita diſſimile priori; cujus aſpectus ex latere eſt: hoc autem proponere placuit, eo quòd hoc invento urnam, in qua Aloyſii Lypſana conſervantur, elevaverim. Cujus B. Juvenis effigies ſupra illam ſita eſt; Angelis, parviſque ſignis, quæ virtutum ſpecies referunt ei peculiares, urnam ſuſtentantibus. Sed non omnia, quæ Architecto occurrunt, publicè proponi poſſunt; tum multis aliis de cauſis, tum verò maximè, aliud jubentibus his, quorum nutus pro imperiis nobis ſunt. Quare ne hæc quidem faciendi operis forma in opus deduci potuit.

FIGURA SESSANTESIMAQUINTA.

Un'altro Altare per l'iſteſſo effetto alquanto mutato.

ECcone un'altro poco diſſimile dal paſſato, veduto in proſpettiva, quaſi per angolo; quale mi è piaciuto moſtrarvi, per aver con queſta bizarria ſollevato l'urna, in cui contengonſi le ceneri del Beato, la cui Imagine ſtà ſcolpita ſopra di quella ſoſtenuta da Angeletti, ed altre ſtatue rappreſentanti le virtù proprie di Luigi. Ma non tutte le coſe che vengono in idea dell'Architetto, ſi poſſon eſporre in pubblico, sì per molti altri motivi, come anche in riſpetto di quei, à cui ſi deve obedire. Onde nè anche queſto diſegno ſi è potuto metter' in opera.

Figura 65.



Gio. Carlo Allet Sculp.

FIGURA SEXAGESIMASEXTA.

Veſtigium, & geometrica orthographia ejuſdem formæ.

HÆC *eſt forma, & geometrica orthographia delineationis nuper propoſitæ, quæ & hìc poſita eſt, ut ab initio conſideretur, quàm perneceſſaria ſit tum ad verum ædificium, tum ad fictum, ut ex ſuperioribus patet. Proindè forti animo, alacrique ſint Pictores illi, qui ad ſcenographiam propenſi erunt; quoniam ſenſim evadent optimi Architecti: cum nil diſcrepet inter utroſque, niſi quod alter cœmentis ædificet, alter lineis, ac coloribus. Et ſanè Architectorum celeberrimi, priùs fuêre Pictores, ut de Bonarota, ac Raphaele nemo ignorat; ut de tam multis ſileam, qui ut bene pingerent architecturas ſuas ad ſcenographiæ normam, coacti ſunt priùs picturam addiſcere, ut geometricam Architecturam meliùs callerent; Quà in facultate adeò excelluerunt, ut & hodiè eorum præcepta aliis tanquam oracula propoſita ſint. Neque ſanè hæc ſententia ſuis fundamentis deſtituitur, quorum primum illud ſit; quod hi, qui tantâ mentis vi, ac perſpicacitate polluerunt, ut ad artem adeo difficilem, qualis Pictura eſt, conſequendam pervenire potuerint (cujus extrema delineamenta lineas adeò irregulares requirant) multò faciliùs Architecturam addiſcent: & faciliorem multo, & quæ ad omnia ſua extrema delineamenta eâdem regulâ utitur; Alterum, cui mea innititur ſententia, hoc ſit fundamentum; quòd Pictores aſſiduis phantaſiæ exercitationibus aſſueti, promptiores multò ſunt ad nova peregrinaque excogitanda; ea cum eurythmia, ac proportione, quæ non minus ædificia, quàm hominum corpora, decet. An non quotidiè videmus, eos qui Architecturæ navare operam meditantur, priùs delineandis figuris exerceri? ut deindè eorum delineationes in Architectura feliciter abſolvant, appoſitis ſignorum aliiſque hujuſmodi ornamentis, ne inſcitiam prodant ſuam, ſubſcriptionibus illis:* Hic homo, hic equus eſt apponendus? *Cavete igitur ne impoſterum per imprudentiam vobis excidere ſtultiſſimum illud enthymema patiamini:* Bonus eſt Pictor; *Ergo* Architectus eſt nauci: *immo vobis conſequutio à contrario ſubinferenda eſt:* Bonus eſt Architectus, & bonus Scenographus. Ergo erit bonus Pictor.

FIGURA SESSANTESIMASESTA.

Pianta, ed elevazione del paſſato diſegno.

QUeſta è la pianta, ed elevazione geometrica del paſſato diſegno, poſta quì anch'eſſa, acciocchè ſi conſideri da principio, eſſendo ella neceſſariiſſima, tanto per una fabrica vera, quanto per una finta: come ſi ha dal paſſato diſegno. Pertanto ſtiano di buon'animo quei Pittori, che averanno genio a queſt'arte di Proſpettiva, imperochè inſenſibilmente diventeranuo buoniſſimi Architetti: non v'eſſendo altra differenza fra loro, ſe non che uno fabrica colle pietre, l'altro colle linee, e con colori; E che ſia il vero; i migliori, prima furon Pittori, come Michelangelo, e Raffaello, per nulla dir di tant'altri, che per l'occaſione di aver à dipingere le loro Architetture in proſpettiva, furon neceſſitati ad imparar prima la Pittura, per ben ſapere poi l'Architettura; e sì ne divenner Maeſtri, che fin' al preſente ci ſerviamo de' loro inſegnamenti. Nè di queſto mio dire vi mancan ragioni, e ſia la prima; che chi ebbe tanta capacità, che potè imparar la Pittura, arte sì difficile (riguardo a' contorni, che richiedono linee aſſai irregolari) molto più imparerà l'Architettura tanto più facile, avendo per guida de' ſuoi contorni la medeſima riga. L'altra ragione può eſſere, che eſſendo i Pittori avvezzi al continuo eſercizio della fantaſia, ſono più capaci di ritruovar nuove, e pellegrine invenzioni, con quella ſimmetria, e proporzione, che conviene non meno alle fabbriche, che a' Corpi umani. E non vediamo noi tutto dì, che chi vuol applicarſi all'Architettura, ſtima neceſſario imparar per qualche tempo il diſegno di figure, per poter finir i loro diſegni, con quelli ornamenti di Statue, ò altro, che ſi ricercano, per non eſſer coſtretti à manifeſtar la loro dapocaggine con que' motti, *qui ci và una figura, quì un Cavallo?* Dunque non vi fate più uſcir di bocca quello ſciocco argomento: *E' Pittore; Dunque non ſarà buon' Architetto*: ma più toſto inferite il contrario, *E' buon Pittore, è buon Proſpettico*, dunque *ſarà buon' Architetto*.

Figura 66.



FIGURA SEXAGESIMASEPTIMA.

Altare pictum Romæ, in Templo Beati Ignatii, in Collegio Romano.

ROmæ in eodem Templo Divi Ignatii ſupra parietem Altare hoc pinxi: & fortaſsè illud fuit ex primis operibus, quæ Romanis viſa ſunt ejuſmodi tinctu elaborata, temperatis luminum umbrarumque portionibus, juxta regulas ſcenographiæ: eo ſucceſſu, qui intuentium oculis illuderet, cum hi tanquam vera, quæ in ſpeciem tantum facta erant, exiſtimarent. Hæc ſi unica laus eſſet harum, quas de ſcenographia tradimus, regularum, ſanè eſſet minimè contemnenda; cum per ipſas poſſint, paucis coloribus, parvâque impensâ effici in ſpeciem opera magnifica ſplendidaque, quæ non rarò utiliora ſunt, cùm non occupent locum aliarum rerum neceſſariarum, quod faciunt ſolida opera, & lateritia, vel ſimili materia conſtructa.

FIGURA SESSANTESIMASETTIMA.

Altare dipinto nella Chieſa del Collegio Romano.

NElla medeſima Chieſa di Santo Ignazio in Roma io dipinſi queſt'Altare sù la muraglia; e forſe queſta fù delle prime coſe ivi vedute dipinte con quei colori, ed oſſervazioni di chiaro ſcuro aggiunte eſattamente, giuſta le regole della proſpettiva. Ebbe l'opera sì felice ſucceſſo, che gli occhi de' riguardanti rimanevan deluſi, ſtimando vero quel, che era ſolamente apparente: e ſe queſte regole di proſpettiva non aveſſer altro preggio di queſto, pur ſarebbon ſtimabili, potendoſi per eſſe con pochi colori, e poca ſpeſa far comparire opere grandi, e maeſtoſe; le quali non di rado rieſcon anche più utili, non occupando il luogo di altre coſe neceſſarie, come fanno le maſſiccie, e reali.

Figura 67.



FIGURA SEXAGESIMAOCTAVA.

Veſtigium, & orthographia ejuſdem.

Cogor hac in pagina proponere veſtigium, & geometricam orthographiam, in illorum gratiam, qui eâ indigebunt, aut in rebus pingendis, aut in anaglyptis. Nec ſumptui peperci, nec labori; ut exprimerem ampliores, quoad potui. Hæc una eſt regula, quæ poſſit vobis ſatisfacere in rebus hiſce falcatis; modo exercitatione facilem ejus uſum nanciſcamini.

FIGURA SESSANTESIMAOTTAVA.

Pianta, ed elevazione del paſsato diſegno.

SOn neceſſitato à porre in queſto foglio la pianta, ed elevazione geometrica per quelli, che ne averanno biſogno, ò nelle coſe da dipingerſi, ò in quelle di rilievo. Non hò riſparmiato nè fatica, nè ſpeſa, per eſprimerle più grandi, che hò potuto. Queſta ſolo è la regola, che può ſodisfarvi in queſte coſe centinate, ſe col eſercizio ve la renderete familiare.

Figura 66.



FIGURA SEXAGESIMANONA.

Ara maxima Tuſculi depicta.

TUſculi quodam in Templo, cum Sacellum ejus maximum pingendum mihi eſſet in cavo abſidè; cumque nummi nequaquam ſuppeterent, quibus materiatum effici poſſet, ita ut promineret; formam ejus hanc adinveni, arte naturæ defectum ſupplendo, ut convexum videretur, cum re ipsâ contra eſſet. Conſueto hac in re modo uſus ſum, amplificandi in majus res parvas reticulato opere, in quo nulla eſt difficultas; præſertim quando deformationes ex papyro plana in parietem ſimiliter planum transferuntur: Sed quia ego deformationem faciendi operis, in plana papyro adumbratam in abſidis hemicyclum debebam transferre, tale quid commentus fui. Reticulato opere in quadrata ſpatia, exactè diviſo à vertice ad imum abſidis aperturam connexui: tum funale (cum noctu agendum eſſet) conſtitui accenſum ad diſtantiam, atque altitudinem oculi; ut umbræ à reticulatis funiculis projectæ, atque in earum incidentes, alium ibi reticulum deſcriberent, quem ego ductis atris lineis tranſcribebam. Hoc commento, luce radiante, nactus ſum reticulum opticè deformatum, quod mihi facem prætulit ad opus delineandum, atque abſolvendum. Id modo non vulgare eſt curioſitatis incitamentum; cum multi vera exiſtiment, quæ in ſpeciem duntaxat apparent. Curet tamen Lector, ut in papyri delineatione omnia pro rata proportione diſtribuat; alias nequaquam opus archetypo reſponderet.

FIGURA SESSANTESIMANONA.

Altare dipinto in Fraſcati.

IN una Chieſa di Fraſcati, avendo io à dipingere l'Altar maggiore nel concavo di una Tribuna, nè eſſendovi danari da farlo di materia, con cui poteſſe ſporgere in fuori, io feci queſto diſegno, ſupplendo coll'arte à quel che mancava per natura; ſicchè pareſſe conveſſo, mentre in realtà egli era al contrario. Tenni perciò il modo ſolito di traſportarlo di piccolo in grande per via di graticolazione, il che à tutti i Pittori è noto non eſſervi difficoltà veruna, particolarmente quando i diſegni in carta piana ſi hanno à traſportar in muraglia pur piana: ma perchè io doveva traſportar il diſegno fatto in carta piana nel concavo di quella Tribuna, uſai il mio ſolito artificio. Graticolai di ſpago ſpartito in quadri perfetti, ed in numero eguale tutta l'apertura della Tribuna da capo à piedi: poi piantai (lavorando di notte) una torcia acceſa alla diſtanza, ed altezza dell'occhio, acciocchè l'ombre di quei ſpaghi formaſſero un'altra graticola nel concavo, che io andava contraſegnando con linee nere sù l'ombre medeſime. Con tal artificio trovai di giorno una graticola in proſpettiva, che mi ſervì di guida à diſegnare, e dipingere l'opera, che ora è oggetto di gran curioſità, ſtimando molti per vero quel, che è ſolo apparente. Avverta però il Lettore di far nel diſegno in carta ogni coſa à proporzione, altrimente l'Opera non ſi confronterebbe con il diſegno.



D. M. Franceschini Sculp.

FIGURA SEPTUAGESIMA.

Altaris ejuſdem veſtigium, & ortographia.

Neceſſarium non duxi aliud quidquam hìc proponere, præter veſtigium antecedentis altaris, eo quod deſcripſerim quod ſit ſatis ad ejus formam concipiendam. Proinde lineas altitudinum præcipuorum membrorum duxi ſolùm, utpote quæ neceſſariæ ſint ad opus ſcenographicè deſcribendum. Jam verò regulas opticæ pro certo ſumo vos egregiè callere, utìque illis faciliter per decimum ſchema: verùm quod ſpectat ad inveniendа veſtigia, comminiſcendaſque elevationes geometricas, ad Architecturam confugiendum eſt, cum ea ſit veluti baſis ac totius operis fundamentum: hæc proinde vobis diſcenda eſt videndo, obſervando, delineando, dimetiendoque opera jam extructa, aut aliorum delineationes, ſi libris, ac viva experientis Architecti voce deſtituamini. Cæterùm ſine Architectura nihil conſequemini, cum ſcenographia emendare non poſſit, ſi quid in Architectura peccatum eſt.

FIGURA SETTANTESIMA.

Pianta ed Elevazione del paſsato diſegno.

NON ho ſtimato neceſſario di porre quì altro, che la pianta del paſſato altare, per avervelo deſcritto quanto baſta à vederne l'idea. Pertanto ho tirato ſolamente i contorni delle altezze de' membri più principali, come quelli, che ſervono neceſſariamente à tirar l'opera in proſpettiva. Le regole di eſſa ſuppongo, che già l'avrete imparate dalla figura decima, e le adoprerete eziandio con facilità: Ma l'inventare e comporre le piante, ed elevazioni geometriche appartiene all'architettura, che è quaſi la ſoſtanza dell'opera: però queſta ſi deve da voi imparare, con vedere, con oſſervare, con diſſegnare, e miſurare le opere già fatte, ò vero i diſegni altrui, quando vi manchino libri, ò la voce viva di un buon maeſtro. Del reſto ſenza l'Architettura non farete mai nulla, non potendo la proſpettiva emendar gli errori, che furono in quella commeſſi.

Figura 70.



FIGURA SEPTUAGESIMAPRIMA.

Aræ maximæ forma, in Templo, Auguſtiſſimo Jesu nomini Romæ dicato.

IN hac forma duo mihi propoſui : primum, ut eâ poſſem uti ad magnificum apparatum Euchariſtici panis, cum Romæ, in Templo, cui à Jeſu nomen, populorum excipiendis precibus proponitur per horas ipſas quadragenas: Alterum, ut aræ maximæ ſpeciem exhiberem ejuſdem Templi, quæ nunc eſt fortaſsè tenuior. Jamque quod ad primum pertinet, voti compos ſum factus, cum opticè depictam exhibuerim: & quia viſa eſt excepta fuiſſe non ſine plauſu, in hunc librum inſerui, ut poſteri eâ uti poſſent, ac conſiderare inter alias aliorum Authorum, ut, ſi placeat his probantibus, ad quos ſpectat, in opus deduci jubeant, his marmoribus ornatam peregrinis, quorum Romæ vis ingens, & varietas eſt. Ut autem occurrerem difficultati, quæ facilè objici mihi potuiſſet, volebam ſtatuere minoris projecturæ columnas: verùm cum abſis Templi illius ſit perampla, viſum eſt eas penitùs diviſas efficere; tum quia ſpirales ſunt, cum etiam, ut oculus per earum ſinum pervadens, videat quid ornamentum ſit poſt ipſas. Columnæ Spartano marmore incruſtari deberent, poſitis in medio ſpatiorum trium Sacris totidem hiſtoriis, operâ anaglypticâ elaboratis. Reliqua ex ære fiant, vel marmore, ut placuerit.

FIGURA SETTANTESIMAPRIMA.

Altare Maggiore per il GIESU' di Roma.

IN far queſto diſegno hò avuto due fini: il primo è ſtato di ſervirmi di eſſo per apparato delle quarant'ore nel Giesù di Roma: il ſecondo di fare un modello per l'Altar maggiore di quella Chieſa, che ora è troppo tenue. E già, quanto al primo, hò avuto l'intento, avendolo meſſo in proſpettiva: e perchè pare, che foſſe ricevuto con plauſo, ho voluto inſerirlo in queſto libro, acciocchè i poſteri poſſan di eſſo ſervirſi, e conſiderarlo fra quegli di altri Autori: affinchè ſe loro piaceſſe coll'approvazione di quei, a' quali ſpetta, lo mandino ad effetto, ornandolo di quei marmi antichi, de' quali è in Roma gran copia, e varietà. Per chiuder la bocca à qualche oppoſizione, che mi ſi poteva fare, ſtetti per fare le colonne con minor aggetto; ma eſſendo la Tribuna di quella Chieſa aſſai larga, mi è paruto bene il farle totalmente iſolate, sì perchè ſono ſpirali, sì ancora acciocchè l'occhio penetrando tra quelle, ed i pilaſtri, vegga quanto dietro ad eſſe vi è di ornamento. Queſte colonne dovriano eſſer impellicciate di verde antico, con porre nello ſpazio di mezzo qualche iſtoria Sacra in baſſo rilievo: il reſto poi ſi potrà fare di bronzi, ò marmi, come ad altri piacerà.

Figura 77.



FIGURA SEPTUAGESIMASECUNDA.

Ejus veſtigium & ortographia.

CUM in figura ſuperiori non potuerim includere veſtigium, & geometricam altaris ejuſdem orthographiam, exhibeo in hac, ut quiſque menſuras ejus conjiciat ex dodrantium ſubjecta ſcala. Ex his menſuris facilè ſubinferri poteſt Templi amplitudo & ſymmetria. Alia architecturæ inventa adhiberi potuiſſent minutioris; ſed multum de majeſtate deperiſſet, nec ſatis conveniſſet reliquis templi partibus, propter multas coronas, quæ jam poſitis addendæ fuiſſent.

FIGURA SETTANTESIMASECONDA.

Pianta, ed elevazione del paſsato diſegno.

NON avendo potuto nella paſſata figura far capire la pianta, ed elevazione geometrica di eſſa, la propongo in queſta; acciocchè ogn'uno ne comprenda le miſure, conforme la ſcala de' palmi quì ſotto notata. Da eſſe miſure facilmente ſi potrà inferire la grandezza e corriſpondenza della Chieſa. Si ſarebbon potute fare invenzioni di Architettura più minuta: ma, nè averebbe avuto del grande, nè averebbe fatta buona unione col reſto, per le molte cornici e cornicioni, che ſi fariano aggiunti a' già fatti.

Figura 72.





FIGURA SEPTUAGESIMATERTIA.

Alia itidem Aræ maximæ forma ad eamdem rem pertinens.

ALiud inventum, priori fortaſſis elegantiùs excogitavi, quod in eamdem aram quadrare poſſit; eo quòd menſuris, loco eidem reſpondentibus elaboratum ſit. Verùm multo ſplendidiora evaderent hæc faciendi operis delineata exemplaria, ſi in media ipſa abſide fieret apertura (quandoquidem id per loci naturam optimè licet) lucem plurimam, vividamque admittente: quare receſſum aliquem, beatarum mentium triumphum, coloribus, vel anaglyptico opere expreſſum, vel hujuſmodi architecturas admitteret commodè: modo Dominorum voluntas, atque Architectorum peritia ſocialitèr conſpirarent. Verùm ubi hæc minùs procederent, tamen citra ullam aperturam, forma hæc deduci poſſet in opus tabulâ pictâ, vel anaglyptico opere. Ex veſtigio ſequenti, obliquaque facie, qui hanc facultatem callent, meliùs intelligent ſpeciem ejus, tum ad ædificandam Aram ipſam, tum ad delineandam opticè, ornandamque, juxta jubentium munificentiam.

FIGURA SETTANTESIMATERZA.

Un'altro Altare maggiore per l'iſteſſo luogo.

UN'altra invenzione ho trovato forſi più gradita della paſſata, quale ſi può fare per l'iſteſſo Altare, per eſſer queſto diſegno fatto con miſure dell'iſteſſo luogo. Ma quel che potrebbe render più vaga queſta invenzione, ſarebbe l'apertura da farſi nel mezzo della Tribuna, eſſendovi un belliſſimo ſito di dietro molto luminoſo, per far parere una lontananza di gloria, ò altra architettura, da dipingerſi con colori, ò baſſi rilievi, purchè concorreſſer d'accordo, e la volontà de' Padroni, ed il credito, e coraggio dell'Architetto. Non per tanto il diſegno laſciarebbe di ſtar bene con un quadro, ò baſſo rilievo di marmo, ſenza far altra apertura. Dalla pianta, e profilo ſeguenti, chi intende, concepirà meglio l'idea, sì à fabricarſi, come à metterlo in proſpettiva, e ad ornarlo, ed arricchirlo ſecondo la magnificenza, e ſplendidezza di chi comanda.

Figura 73.

FIGURA SEPTUAGESIMAQUARTA.

Veſtigium, & obliqua facies ejuſdem architecturæ.

EX *hoc veſtigio, & obliqua facie apparebit dilucidè id, quod dixi in ſuperiori ejus orthographia, ſcilicet, ſi in medio loculamentum fieri placeret, fore, ut ſuppeteret totum id ſpatii, quod hìc notatur litterâ* S, *quod nihilominùs perſiſteret, neque ambulacri uſum amitteret; etſi extolli poſſet in eo loco, in quo id neceſſitas peteret, apertis ex lateribus feneſtris duabus, ut patet in* F; *eo fine, ſcilicet, quo loci radios ingentes emitteret in murum* M, *ubi pictura, vel anaglypticum opus, in illo elaboratum, præberet aſpectum in aliqua diſtantia ſuaviſſimum, adeo ut hunc effectum judicarent omnes totius operis elogium.*

FIGURA SETTANTESIMAQUARTA.

Pianta, e profilo del ſecondo diſegno.

DA queſta pianta, e profilo ſi vedrà chiaramente ciò, che ho detto nella paſſata elevazione; cioè, che ſe ſi voleſſe aprire nel mezzo, vi è tutto lo ſpazio del corridore, che quì è ſegnato *S*, il quale reſtarebbe contuttociò permanente, nè perderebbe il ſuo uſo, ſe bene ſi potria alzarlo in quel luogo, che ſarà neceſſario per aprirgli a' lati due fineſtre, come ſi vede in *F*, acciò mandaſſero una gran luce alla muraglia *M*, dove la pittura, ò baſſo rilievo ſopra di quella, ſpiccarebbe da lontano, e farebbe una tal comparſa, che ogn'uno la giudicarebbe per il più bello di tutta l'opera.

Figura 74



FIGURA SEPTUAGESIMAQUINTA.

Ara ſtructuræ arbitrariæ.

CUM inaudiverim in Templo ex præcipuis Romæ aram maximam conſtruendam eſſe, quæ à tot aliis varietate aliquâ, novitateque differet; ego quoque hanc ejus formam delineavi ei loco congruentem, proponoque hìc in ſpeciem duntaxat. Verùm, quia damnari poteſt, propter columnarum inſolentiam, quò fiet, ut nemo primus uti velit, ut inuſiatis apud antiquos, me ab hac accuſatione purgatum volo, ſi non authoritate, at certè ſaltem ratione. Majores igitur noſtri (ſi Vitruvio credimus) non rarò pro columnis, ac portarum ſtipitibus, hominum, ac fœminarum figuras poſuerant, quas ipſe cariatidas vocat. Jam verò peto, cur adeò neceſsè ſit ipſas ſtantes ponere; nec poſſint ſatis ſuperque fungi ſuo munere, etiam ſedentes? Quod ſi in hoc nihil indecorum eſt, non video quid abſurdi ſit in faciendis columnis flexis; atque, ut ita dicam, ſedentibus. Ajo tamen, licèt earum aſpectu oculus minimè offendatur, ſintque ferendo ponderi, eo quod pilis conjunctæ ſint, non tamen abutendum eſſe, in alias res transferendo. Punctum oculi nonnihil recedit à medio.

FIGURA SETTANTESIMAQUINTA.

Altare capriccioſo.

AVendo udito, che in una Chieſa principale di Roma ſi dovea fare un'Altar Maggiore, che variaſſe da tanti altri, con qualche novità, e bizzarria, hò fatto anch'io queſto diſegno da adattarſi à quel luogo, e ve lo moſtro quì ſol per moſtra. Ma perche egli può eſſer condannato per la novità delle colonne; onde neſſuno vorrà eſſer il primo a ſervirſene, come di coſa inſolita preſſo gli antichi; io voglio purgarmi di queſta accuſa, ſe non coll'autorità, almen colla ragione. Gli antichi adunque (ſe diamo fede à Vitruvio) non di rado ſervironſi per colonne, ò pilaſtri per variar l'architettura, di Statue di Uomini, e Donne, che egli chiama chariatidi. Or mi ſi dica, che neceſſità v'è, che abbian a ſtar sù ritte in piè, e non poſſan fare il loro officio ſedendo? E ſe in ciò non v'è inconveniente, non sò vedere, che inconveniente ſia in far anche le colonne ſedenti, che ſono figura di quelle. Dico però nondimeno, che ſe bene fanno in queſto diſegno all'occhio buon'effetto, e ſono atte a ſoſtenere la fabrica per eſſer unite a' pilaſtri; non dobbiamo abbuſarcene trasferendole in altre coſe. Il punto dell'occhio è alquanto fuori del mezzo.

Figura 73.



FIGURA SEPTUAGESIMASEXTA.

Veſtigium ejus, & orthographia.

Proſequuturi in eam, quam inſtituimus docendi methodum, en veſtigium, & orthographia prioris figuræ, ex quibus apparet quantum occupet ſpatii: etſi quoad potui, illud veſtigium contraxi, ne impediret locum, in quo ſtatuenda figura eſt. Atque hìc, veluti per occaſionem, excuſatio, defenſioque mihi ſuſcipienda eſt, tum meimet ipſius, tum recentium Architectorum, qui propter aliquam Architecturarum varietatem parvi fiunt, dum antiquum morem, ac ſtructuram non ſequuntur; (non dico in his, quæ ad Architecturæ baſim, ac veluti fundamentum ſpectant; hæc enim nemo non vult ſarta tecta eſſe, ſed in coronis atque ornamentis ipſius). Plurimum, miſeri, Satyrarum, ac popularium ſermonum argumentum ſunt: verum id ipſis negotium faceſſere non deberet, quippè qui eâdem utantur fortunâ, quâ homines præclari ſemper uſi ſunt, donec meritorum excellentiâ non attigerunt id gloriæ faſtigium; ut altiores eſſent, quàm qui Invidiæ jaculis peti poſſent. Poſſem multa in hanc rem exempla proferre; ſed ab hac materia diſcedamus, unus pro omnibus ſatis ſit excellens Architectus, qui ſuperiori ætate floruit Borominus, cujus opera quanto majorem ſubjere invidiam, ac vituperationem novitate, ac varietate; tanto hâc noſtrâ ætate ſibi majorem vindicant admitrationem. Bono proindè animo ſint, neque enim minùs æmulorum malevolentiam, quàm ipſorum excellentiam patefaciet dies.

FIGURA SETTANTESIMASESTA.

Pianta, ed elevazione del paſſato diſegno.

PER ſeguitar il noſtro ſtile, ecco la pianta, ed elevazione della paſſata figura; da eſſe ſi vede lo ſpazio, che piglia: ſe bene l'hò riſtretto, quanto hò potuto; acciocchè non ingombraſſe il luogo, dove dovea collocarſi. E quì, come per incidenza, devo fare una apologia per me, e per li Architetti moderni, i quali per qualche variare delle Architetture, ſono in poco conto, mentre non ſeguitano totalmente lo ſtile antico (non dico già della ſoſtanza, che ogn'uno la vuole ſana, e ſalva) ma ne' contorni, ed ornamenti di eſſo. Sono per lo più i meſchini oggetto più commune delle ſatire, e dicerie popolari; ma ciò non dovria loro apportar noja, imperciocchè in queſto hanno la ſteſſa ſorte, che hanno avuto tutti gli Uomini illuſtri, finche coll'eminenza del merito non ſaliron tant'alto, che non poteſſer eſſer offeſi dall'invidia. Potrei di ciò apportar molti eſempj; ma per non partir dalla materia preſente, baſti per tutti il famoſo Boromini Architetto, che fiorì nel ſecolo paſſato, le cui opere quanto furono ripreſe, ed invidiate per l'invenzione, e loro varietà, tanto in oggi ſono ammirate. Stiano per tanto di buon animo, perchè coll'andar del tempo non meno ſi ſcuoprirà la malevolenza degli emoli; che il loro valore.

Figura 76.



FIGURA SEPTUAGESIMASEPTIMA.

Ara Veronenſis.

VEronæ, celeberrima in Urbe Italiæ, hanc delineationem elaboravi, quæ in opus deducta, in Templo S. Sebaſtiani, pulcherrimam ſui ſpeciem exhibet. Hæc faciendi operis forma, diverſi coloribus extructa eſt marmoribus, partim antiquis, partim his, quibus ea abundat regio. Sancti Sebaſtiani ſimulacrum hìc in medio ſitum eſt, ut videtis: Sacratiſſimæ Euchariſtiæ Tabernaculum incruſtatum eſt lapide alabaſtride, ac ſaffiro, interjectis metallis inauratis. Prætereo alia ne ſim longior. Non delineavi opticè hanc figuram conſultò, ut videatis etiam, deformationes Geometricas, ſi benè his appoſitæ ſint umbræ, egregiam ſui ſpeciem exhibere, præſertim ſi lunatæ ſint; nam propter multas, quas oſtendunt facies, videntur opticè propoſitæ, cum non ſint.

FIGURA SETTANTESIMASETTIMA.

Altare fatto à Verona.

IN Verona, Città nobiliſſima d'Italia, feci queſto diſegno, che meſſo in opera nella Chieſa di San Sebaſtiano, fa belliſſima viſta. Il diſegno fù fabricato di marmi di diverſi colori, parte antichi, parte di quei, de' quali abbonda quel Paeſe. La Statua del Santo quì è poſta nel mezzo, come vedete: il Tabernacolo poi del Sagramento è fatto di pietre prezioſe, alabaſtri, e lapislazzuli, con metalli dorati. Laſcio altre coſe, per non eſſer lungo. Non hò meſſo queſto diſegno in proſpettiva à bella poſta, acciocchè voi vediate, che anche i diſegni geometrici, quando ſono bene ombreggiati, fanno belliſſimo effetto, maſſimamente quando ſon centinati; perchè per le molte faccie, che moſtrano, pajon meſſe in proſpettiva, ancorchè non ſiano.

Figura 77.



FIGURA SEPTUAGESIMAOCTAVA.

Veſtigium ejus, & orthographia.

Anguſtiis paginæ prohibitus fui, quominùs apponerem veſtigium ſuperioris figuræ, quod tamen neceſsarium eſset, tùm his, qui ad delineandam hanc in ſolida materia deſiderant, tùm his quoque, qui ad ſpeciem duntaxat eâdem utuntur. Quam proindè hìc exhibeo, ut alteris laborem excogitandi veſtigii demam; alteris, ut materiam in qua poſſint aliquid condiſcere, ſuppeditem.

FIGURA SETTANTESIMAOTTAVA.

Pianta, ed elevazione del paſsato.

LA ſtrettezza della carta mi ha obbligato à far ſeparatamente la pianta della figura antecedente, la quale per altro è neceſſaria per chi voleſſe di eſſa ſervirſi per fabricarla vera, e per delinearla finta; onde io quì la propongo, per torre a' primi la fatica d'inventarla, e per dare a' ſecondi occaſion d'imparare.

FIGURA 79.

Figura 76.



FIGURA SEPTUAGESIMANONA.

Alia Ara.

AD alterum locum non ignobilem hanc extruendi Altaris delineatam formam tranſmiſi, quæ licèt geometrica eſset, placuit tamen umbras addere ſuis locis, quò magìs intuentium oculis ablandiretur. Verùm, quia delineationes, licèt in papyro placeant, continuò tamen expectationi non reſpondent cùm in opus deductæ ſunt; ideò ab Architecto elaborandæ ſunt juxtà regulas ſcenographiæ, ut ante proſpiciat quales futuræ ſint jam extructæ, ut ex ſequenti figura apparebit.

FIGURA SETTANTESIMANONA.

Altro Altare.

AD un'altro luogo riguardevole mandai queſto diſegno di un'Altare; ed ancorchè geometrico, volli nondimeno ombreggiarlo, perchè più compariſſe. Ma, perchè i diſegni, come che belli in carta, non però ſempre ſtanno bene in opera, deve l'Architetto metterli in proſpettiva, con che anticipatamente ſi chiarirà dell'effetto, che ſarà per far poi; come ſi moſtrerà per la ſeguente figura.

FIGURA 80.

Figura 79.



D. M. Franceschini Scup.

FIGURA OCTOGESIMA.

Eadem opticè repræſentata.

Romiſſi fidem hìc præſto, quo nuperrimè me obſtrinxeram, proponendo opticè aram totam, paulò tamen majorem. Hìc apparet qualis futura foret, ſi cæmentis excitaretur, aut elaborato marmore, quare corrigi poſſet, ſi quid in illa repræhenderetur.

FIGURA OTTANTESIMA.

Proſpettiva del paſſato.

Mantengo quì la promeſſa, che feci dianzi, con metter in proſpettiva tutto l'Altare, ſebbene alquanto più grande. Quì ſi vede l'effetto, che farebbe ſe foſſe ſtato di rilievo, onde potria correggerſi, quando in eſſo ſi trovaſſe coſa, che non piaceſſe.

Figura 60.

FIGURA OCTOGESIMAPRIMA.

Ara maxima Templi S. Ignatii Romæ extructi.

CUm Templum, quod Romæ eſt Sancti Ignatii cenſeatur eſse elegantiſſima ſtructura, cumque mihi commiſsum fuerit negocium ejus fornicem pingendi, ut in multis hujus operis figuris oſtendi, operæ pretium viſum eſt ſchema exhibere Aræ maximæ, quæ ejus Templi pars eſt præcipua: & licet aliquot abhinc annis in publicum prodierit ſchema ejuſdem argumenti ad opticæ regulas à me excogitatum ampliori forma, ac telis depictum, attamen iterùm exhibeo hìc tamquam ſtabiliùs, ac ſolidiùs, cum recens extructum ſit re ipſa, haud ita priori diſſimile.

FIGURA OTTANTESIMAPRIMA.

Altar maggiore della Chieſa di Sant'Ignazio nel Collegio Romano.

ESſendo la Chieſa di Sant'Ignazio ſtimata tra le più belle di Roma, ed avendo io avuto la fortuna di dipingerla, come l'ho fatto vedere in varj diſegni di queſti libri; non ho voluto mancare di moſtrarvi in diſegno la parte più nobile, che è l'Altar maggiore. Ed ancorchè foſſe uſcito un diſegno più grande di queſto, alcuni anni ſono ſopra una mia invenzione di proſpettiva, dipinta ſolamente ſopra tele; contuttociò ve lo fo di nuovo vedere al preſente, come coſa più durevole, e più ſtabile, per eſſere fabbricata di nuovo vera, e realmente, però diſſimile della prima.

Figura 61

Teodoro Ver Cruys Sculp.t

FIGURA OCTOGESIMASECUNDA.

Figuræ præcedentis Veſtigium, & ex obliquo orthographia.

Quemadmodum ſingulis in ſchematibus appoſui veſtigium, atque elevationem geometricam in gratiam eorum diſcipulorum, quibus placeret ea opticè deſcribere; ita nunc mihi faciendum putavi, exhibendo formam, atque orthographiam ſuperioris figuræ deſumptam ex menſuris ejuſdem templi, cujus amplitudo facili negocio ex ſubjecta palmorum ſcala poterit deprehendi.

FIGURA OTTANTESIMASECONDA.

Pianta ed elevazione in profilo del paſſato diſegno.

Sicome ho poſto in tutti i diſegni la pianta, ed elevazione geometrica per quei ſtudioſi, che voleſſero dilettarſi di metterle anch' eglino in proſpettiva, così vi fò di preſente vedere la pianta, ed elevazione del paſſato diſegno, cavata dalle miſure dell'iſteſſa Chieſa; la di cui grandezza potrà facilmente arguirſi dalla ſcaletta di palmi, quì ſotto notata.

Figura 62.



Scala di Palmi Romani

5 10 20 30 40 50 60



FIGURA OCTOGESIMATERTIA.

Varię Frontis Ideę pro celeberrima Divi Joannis, Lateranenſi Baſilica.

ANno præterito (fuit is milleſimus, ſexcenteſimus nonageſimus nonus) agebatur Romæ de extruenda nova fronte Lateranenſis Baſilicæ: Verùm eo quòd amiſſio facta eſſet delineationum celebris Boromini, qui inſtauraverat interiores ejuſdem Baſilicæ partes, id occaſionem præbuit Architectis novas ſpecies excogitandi. Ego quoque, non æmulatione ductus, ſed ingenio, & occaſione; dum librum hunc conſcriberem, ſequentes formas propoſui, in ejuſdem Baſilicæ gratiam; ut mutatâ ſtructurâ, optica quoque forma varia eſſet. Quod pertinet ad priorem, quam cernitis; non magnoperè à mente celebris illius Architecti deflexi; imò, quò propiùs ſequerer, deſcripſi inverſo ordine veſtigium, quo ipſe uſus fuit pro interiori facie, ad conſtruendam aliam in exteriori: additis ſolùm bis, quæ neceſſitas poſtulabat, ut magnificam ſpeciem ſui exhiberet. Ejus diſſectum eſt id, quod ſequitur; nec indiget explicatione. Sequitur ſecunda facies, meo planè Marte excogitata; quæ ſanè nobilis eſſet, elegans, plenaque Majeſtatis; propter plurimam lucem, quam admittunt tam multæ aperturæ, ex quibus pateret oculo aditus quocumque, etiam ad ſupremum Tholum; ut patet ex ejus diſſecto, quod eſt indicium operis totius. Videbitis poſtremò has duas facies opticè propoſitas ex obliquo; aliamque à fronte propoſitam, ſtructurâ ſimplici, ſed parergi causâ appoſitam. Cæterùm hæ formæ erunt incitamento perſpicacioribus ingeniis ad excogitandas alias illuſtriores, atque auguſtiores.

FIGURA OTTANTESIMATERZA.

Facciate di San Giovanni Laterano.

L'Anno paſſato del 1699. ſi trattava in Roma di ergere una nuova facciata di S. Gio: Laterano. Ma l'eſſerſi ſmarriti i diſegni del famoſo Boromini, che riſtorò le parti interiori di queſta Baſilica, diede occaſione agli Architetti di far nuove idee. Ancor'io, nón per concorrere; ma più toſto invitato dal genio, e dall'occaſione, mentre componevo queſto libro, feci i ſeguenti diſegni per l'iſteſſa facciata, acciò variando nelle architetture, variaſſe anco nelle proſpettive. Nel primo, che quì vedete, non mi ſon diſcordato gran coſa dalle orme nobili di quel grande Autore; anzi per incontrarle meglio hò ricalcato al roverſcio la pianta, di cui ſi ſervì egli per la facciata interiore, per far un altra quivi nell'eſteriore, aggiungendogli quelle coſe, che portava la neceſſità; perchè faceſſe una maeſtoſa comparſa: Il ſuo ſpaccato è quello, che ſeguita; il quale non hà biſogno di altra ſpiegazione. Seguita in terzo luogo la ſeconda facciata, tutta ſecondo la mia idea; queſta ancora ſarebbe molto nobile, e maeſtoſa, e vaga per la molta luce, che racchiude nelle parti interiori, per mezzo delle molte aperture; per dove l'occhio averebbe libertà di penetrare per tutto, fino alla Cupola ſuperiore; come dimoſtra chiaramente il ſuo ſpaccato, il quale è la prova dell'opera ſteſſa. Nel quarto luogo vederete queſte due facciate, in proſpettiva di fianco; aggiungendone un'altra, veduta in faccia, per l'iſteſſo effetto, alquanto più ordinaria, poſtavi per compimento. In tanto queſti diſegni conſiderati, ſaranno di motivo a' belli ingegni di aguzzar via più la loro perſpicacia per più belle, e nuove invenzioni.

Figura 63.



T. V. f.

Figura 64.

Spaccato per longho, e per largho del disegno passato



Figura 65. Seconda idea





Figura 66.

Spaccato della Seconda idea



Prospettiua delle istesse Facciate *Figura 67.*



Teodoro Verkruys. f:

FIGURA OCTOGESIMAOCTAVA.

Veſtigium Templi rotundi.

Opportunum ſenſi tria hæc exemplaria vobis proponere, quibus unà cum veſtigio continentur interior, exteriorque orthographia Templi à me excogitati, quod in opus deductum non eſt Romæ præ nimio ſumptu, ut vobis conſiderantibus mentem exacuat; ut & vos ſimilia adinveniatis, tum ad ædificanda, tum ad opticè pingenda. Quod ſi optica nil aliud faceret, certè coget vos eſſe Architectos nullo fere labore, propter voluptatem, quæ percipitur in ea delineanda. Id, quod in medio veſtigio apparet, locus eſſe debebat, ad ædificandam ædiculam Icunculæ mirificæ Beatiſſimæ Virginis Deiparæ.

FIGURA OTTANTESIMAOTTAVA.

Pianta d'una Chieſa rotonda.

HO ſtimato bene farvi vedere queſti tre diſegni, che contengono la pianta, ed elevazione di dentro, e di fuori di una Chieſa di mia invenzione, che in Roma non fu meſſa in opera per la troppa ſpeſa; acciò conſiderandola vi apra la mente ad inventar coſe ſomiglianti, tanto per occaſione di fabricare, quanto per dipingere la proſpettiva; la quale ſe non farà altro bene, vi farà Architetto, quaſi ſenza fatica per la ſoavità, e guſto, che ſi ſente in diſegnarla. Ciocchè vedete nel mezzo della pianta, doveva reſtar una piccola Cappelletta d'un'Imagine miracoloſa della B. Vergine.

Figura 66.



Scala di palmi Romani

5

Figura 69.



Figura 90.



FIGURA NONAGESIMAPRIMA.

Facies ejuſdem, opticè deſcripta.

NE prætergrediamur limites opticæ, niſi per tranſennam; propoſui hìc faciem ejuſdem Templi, opticè adumbratam, ut unuſquiſque videret, qualem ſui ſpeciem exhibitura eſſet, non nihil ab oculo diſtans. Et ſanè per opticam comprobatur, an geometrica delineatio (ut alibi dictum eſt) ſit ad architecturæ regulas exacta: non ſecus, ac per arithmeticam innoteſcat, probè, an perperam ſupputatæ ſint rationes.

FIGURA NOVANTESIMAPRIMA.

Facciata in proſpettiva della paſſata Chieſa.

PEr non uſcire de' limiti della proſpettiva, ſe non per accidente, ho poſto quì la facciata dell'iſteſſa Chieſa in proſpettiva; acciò ſi vedeſſe, che effetto farebbe alquanto diſtante dall'occhio. Et in vero ſi pruova con la proſpettiva, come diſſi altra volta, ſe il diſegno geometrico è ſtato ben conſiderato, appunto come ſi prova dall'Arithmetica, per conoſcere ſe il conto è fatto bene.

Figura 93.



FIGURA NONAGESIMASECUNDA.

Templum oblongum; veſtigium ejus, & orthographia interior.

Mediolani, in Urbe Inſubriæ principe, Divus Carolus Borromæus extruendum curavit Patribus Societatis Jeſu Templum, quod Architectatus eſt Pellegrinus, in hac facultate celebris; qui eò ſpectavit, ut aream totam occuparet ſibi traditam in bonum commodumque eorumdem Patrum; proindè incluſit magnas ſex columnas. Jam, licèt id Templum à me non ſit adinventum, cum tamen ſæpè inſpexerim, ac conſideraverim, ſemper viſum eſt ad Architecturæ regulas exactum, ac elegans: proindè placuit hìc proponere, ut moles hujus voluminis excreſceret; ac paginis ſequentibus proferam partes geometricæ, & opticæ. Author eſſem nihilominùs his, qui hâc Templi formâ uti vellent, ſi ampliorem locum haberent (quod illi non contigit) ut Sacella introrſum magis recedentia facerent, adderentque columnæ in medio ſitæ, aliam quæ defuit eidem Pellegrino. Hoc additamento interiùs appareret venuſtius, exteriùſque haberent plura fulcimenta ad ſuſtentandos fornices: quâ ratione lucrari poſſet ferreas catenas, quæ ſemper aliquam afferunt inelegantiam.

FIGURA NOVANTESIMASECONDA.

Chieſa di figura lunga, cioè S. Fedele di Milano, ſua pianta, & elevazione interiore.

IN Milano, Metropoli della Lombardia, San Carlo Borromeo ordinò una Chieſa a' Gieſuiti, fatta dall'Architetto Pellegrini; il quale ebbe la mira di goder tutto il ſito, che gli fù dato per commodità di quei Padri, onde vi fece entrare ſei grandi colonne. Or queſta, ancorchè non ſia opera mia, avendola però molte volte veduta, l'hò trovata ſempre molto ben conſiderata, e di gran ſoddisfazzione all'occhio: perciò mi è piaciuto metterla quì, per creſcer queſto volume; e ne' ſeguenti fogli vi proporrò le parti geometriche, e proſpettiche. Conſiglierei però à chi voleſſe ſervirſi di queſto diſegno, ed aveſſe più luogo, che quello non ebbe, à sfondar un poco più le Cappelle, ed aggiugner alla colonna di mezzo un'altra compagna, che dal Pellegrini non fu meſſa, per non averla. Con tale aggiunta averebbe di dentro più bellezza, e di fuori più appoggi da ſoſtenere le volte, con che riſparmierebbe le catene di ferro, che ſempre fanno brutta viſta.

Figura 92.



Figura 93. *Facciata geometrica della Chiesa passata*



Figura 94.

Figura 95. *Spaccato in prospettiua dell'istessa Chiesa*





Figure 96.

FIGURA NONAGESIMASEPTIMA.

Portæ, & Feneſtræ.

Ratificaturus tum Pictoribus, tum Architectis, qui nonnunquam opinantur, Romæ videri Palatia, Templa, portas, feneſtraſque; quæ nunquam in mentem cuiquam mortalium venerint (licèt in hoc ſplendidè hallucinentur; cùm Romæ etiam ingenia ſint ſumma, infima, mediocria) excerpſi ex pluribus ædificiis varia inventa feneſtrarum præcipuè, ac portarum, quæ mihi nobiliora viſa ſunt, atque à trivio magis aliena: nonnullaque etiam meo marte excogitavi, earumque veſtigia, obliquoſque aſpectus propoſui, ea opticè augendo, duplicatis menſuris, ut uſui eſſent, ſi quibus placerent. Hæc ſatis cognoviſſe ſufficiat, ad intelligenda ſchemata ſequutura. Fateor tamen Romæ, ut in Urbe Orbis Principe, plurima extare, eaque inſignia, cujuslibet facultatis monumenta.

FIGURA NOVANTESIMASETTIMA.

Porte, e Fineſtre.

PER ſodisfare a' Pittori, ed Architetti, che alle volte ſi credon vederſi in Roma Palazzi, Chieſe, porte, e fineſtre di tale invenzione, che non ſia mai venuta in capo ad alcuno (benchè in ciò buonamente s'ingannino, eſſendo ancora in Roma ingegni ſommi, infimi, e mezzani) hò cavato da molte fabriche varie invenzioni, particolarmente di porte, e fineſtre, che mi ſon parute più nobili, e che ſi ſcoſtino dalle volgari; ed altre ve ne hò aggiunte di mio capriccio, facendo le loro piante, e profili, aggrandendole in proſpettiva con raddoppiar le loro miſure; perchè di eſſe ſervir ſi poteſſe chiunque le voleſſe prendere. Tanto baſti aver detto per intelligenza delle ſeguenti figure. Egli però è ben vero, che in Roma, come capo dell'Univerſo, vi hà molti veſtigj eccellenti in ogni profeſſione.



Figura 97.



Figura 96.

Figura 99.





Figura 100.





Figura 102.

Figura 102.





Figura 103



Figura 104.

Figura 105.



FIGURA CENTESIMASEXTA.

Mutuli ornati.

Contingit Pictoribus, & Architectis, ut pingere debeant, aut extruere mutulos magis ornatos, quàm vulgò fiant. Propterea proposui hìc triplicis generis opticè elaboratos; ut viderem, an essent hi placituri: quorum vestigia, obliquosque aspectus geometricos feci, auxique duplicatis mensuris.

FIGURA CENTESIMASESTA.

Mensole ornate.

Accade a' Pittori, ed Architetti di dover dipingere, e fabricare mensole, ò modiglioni di qualche più d'ornamento, che le ordinarie. Però ne hò poste quì di tre sorti in prospettiva, per vedere, se farebbon buon'effetto: quali metto in pianta, ed in profilo geometrico, e le hò fatte crescere con raddoppiar le misure.

FIGURA 107.





Figura 206.

Figura 107.



Figura 106.





FIGURA CENTESIMANONA.

Collegii veſtigium, & orthographia exterior.

UT ex ſingulis rebus aliquid vobis apponerem, viſum eſt hoc in ſchemate veſtigium religioſæ domûs proponere. Conſiderate proindè ſedulò ejus adumbrationem, quę cum elegantia conjunctam habet commoditatem, capitque capita vigintiquinque, fortè etiam triginta. Videbitis in ea Sacrarium, Porticum, Hoſpitium, Cœnationem, unà cum aliis, quæ ad Collegium requiruntur, tribus contignationibus compoſitum; quarum quęlibet totidem capiat areas, quot primâ contignatione concluduntur: preſertim verò penſandum eſt, quàm brevi ſpatio tam multa concludantur. Super omnia verò conſiderandum eſt Templum, quod licèt undique habitatione circumfundatur, nihilò tamen minùs à Superioribus tecti feneſtris, quòd ſatis ſit lucis admittit; ut ex ſequentibus diſſectis fit palam. Cœterùm ſi quis æqualem aream nanciſcetur, hoc uti poterit exemplo.

FIGURA CENTESIMANONA.

Pianta, & elevazione eſteriore della fabbrica di un Collegio.

PER darvi paſcolo in ogni materia, hò voluto in queſta figura proporvi una pianta di una Caſa Religioſa. Conſideratene però il diſegno, che inſieme è bello, e commodo, e capace di 25. ò 30. perſone. Vedrete in eſſo Sagreſtia, Porteria, Foreſteria, e Refettorio, con quel di più che ricercaſi per un Collegio, compoſto di tre corridori capaci, e ogn'uno di eſſi, di altrettanti vaſi, quanti ſono nel primo. Quel che in eſſo è da conſiderar maggiormente; ſi è, come in poco ſito ſian capite tante coſe. Ma ſopra tutto è da avvertire la Chieſa, che ſe bene è attorniata dall'abitazione; non però di meno hà la ſua luce baſtante dalle fineſtre ſuperiori del tetto: come appariſce dalli ſpaccati ſeguenti. In tanto potrà, chi aveſſe ſomigliante ſito ſervirſi di queſto diſegno.

Figura 109.



FIGURA CENTESIMADECIMA.

Fiſſum ejuſdem Collegii in longitudinem, ac latitudinem.

Quoniam fieri poſſet, ut hęc ędificii ſtructura aliquibus placeret; rationi conſentaneum duxi, fiſſum ejus in longitudinem, ac latitudinem exhibere, ut tria ambulacra, eorum altitudines, planaque, in quibus odęa conſtrui poſſent, ex quibus in Templum deſpectus ſit commodus; utque pateret etiam Templi ejuſdem altitudo, atque unde lumen accipiat, aliaque neceſſaria, ut ędificium ſit undequaque abſolutum. Opportunum quoque viſum eſt mihi, his delineationibus nullam menſuram certam aſſignare: ut, ſi cui hęc ędificii diſpoſitio placeret, eam eligeret, quę ſibi magis arrideret; ita tamen, ut iiſdem utatur modulis, eâdemque menſurâ, tum in veſtigio, tum in orthographia, quandoquidem ſchema totum ad eaſdem menſuras exactum eſt.

FIGURA CENTESIMADECIMA.

Seccion

Spaccato per lungo, e per largo dell'iſteſſo Collegio.

PErchè potrebbe accadere, che à tal'uno piaceſſe queſta diſpoſizione di fabrica; hò ſtimato neceſſario di far'il ſuo ſpaccato per lungo, e per largo, come vedete: acciochè ſi vedeſſero i tre corridori, le loro altezze, e piani, ne' quali ſi può far Coretti per affacciarſi in Chieſa ne' luoghi più adattati; ed acciochè ſi vedeſſe ancora l'altezza delle parti dell'iſteſſa Chieſa, e dove prende la luce, con altre coſe tutte neceſſarie, acciò la fabrica ſia in ogni ſua parte molto ben conſiderata. Ed hò giudicato bene, di non dar à queſti diſegni miſura particolare; acciochè quando alcuno voleſſe ſervirſi di una tal diſpoſizione di fabrica, prendeſſe quella che gli foſſe più in piacere, ò quella di cui il luogo ſarà capace. Avertendo però di ſervirſene, sì nella pianta, come nell'elevazione, avendo io l'una, e l'altra fatta ſull'iſteſſa miſura.

Figura 330.





FIGURA CENTESIMADECIMAPRIMA.

Scalæ.

INter alia multa, quæ opticè exhibita, oculos fallunt, nihil æquè id præstat, ac scalæ, nolo proindè hunc librum absolvere, priusquam hujusmodi specimen aliquod proponam, præsertim in hoc, aliisque schematibus duobus, quæ deinceps sequentur, quorum exemplar fidem dicto faciet meo: adeò ut, sive pingantur, sive delineentur, juxta artis præcepta, habitâ præsertim ratione luminis, atque umbræ, semper conceptę spei sint respondurę. In priori schemate hoc Pictorum ingenio servivi, in posteriori, ac tertiò Architectis morem gessi, cum utriusque, si non omninò, ex parte saltem usui esse possint, utque mentem exacuant ad similia, ac meliora in delineationibus suis, picturisve comminiscenda. Regula eadem ubique sibi semper cohœret, nisi quod moduli sumpti sunt duplo majores.

FIGURA CENTESIMADECIMAPRIMA.

Scale.

TRA le molte cose, che si soglion metter in prospettiva, nessuna di quelle gabano più l'occhio, che le scale. Non voglio per tanto finir questo libro, che non ve ne faccia vedere alcune, in particolare in questa, e nelle due figure seguenti, le quali hò fatto apposta per confermar la verità, che vò dicendo: talmente che dipingendole, e disegnandole con la giusta regola, & intelligenza di chiaro oscuro, sempre faranno l'effetto, che hò detto. In questa prima figura mi sono accommodato al genio de' Pittori, nella seconda, e terza al genio degli Architetti, potendo questi, e quelli servirsene, se non in tutto, almeno per isvegliar la fantasia in occasione di fare simili sorti di disegni, ò di pitture. La regola è al solito, se non che si sono raddoppiate le misure.

FIGURA 112.



Figura 333

Figura 112.



Figura 113.



FIGURA CENTESIMADECIMAQUARTA.

Monumenta bellica.

UM hæc, quam hactenus tradidimus, optices regula longè latèque vagetur; eo fit ut, non modo in civili architectura, sed & in Militari habeat locum. Quare amicorum rogatu, qui suaptè ingenio ad describenda geometrica munimenta ferebantur, erantque cupidi qua ratione opticè proponi possent, addiscendi; schemata hæc quatuor, vel quinque proponam, sed quæ sint cæterorum in exemplum, addita etiam ad hoc regula brevi, ac veluti summatim. Rem tamen non ipsis modo, verùm machinatoribus castrorum me gratum facturum spero; qui hac ope Imperatoribus suis inimicas arces poterunt ostendere, varioque in eadem prospectus commonstrare: adeout facili negotio fossas, receptacula, tectas vias, & si quidpiam aliud cognoscere cupiant, videre possint. Primò igitur pars arcis, vel totum vestigium cujusvis figuræ describito; tum ducitur linea sectionum; mox oculi distantia, altitudoque statuitur. His peractis, regula ad oculi punctum, & vestigii angulos apponitur; Sectioneque, quæ per regulam in linea decussionum fiunt ope circini in chartam ad id paratam in latitudinem, sectiones verò ex obliqua facie in altitudinem transferantur. Hoc pacto deinceps cum reliquis angulis agatur; atque ita adamussim opus exigetur. Verùm explicatio hæc adeò pressa, nequaquam sufficere potest his, qui primas regulas hujus operis non callent, nonam præcipuè, ac decimam, in quibus aliqua ad tyronum commoditatem adnotavimus. Monebo tamen Lectorem, non esse consilii mei, docere artem munimentorum; cum id nequaquam sit instituti mei, licèt ea munimenta ad artis regulas exacta sint: ut conjicere poterit ex palmorum schala quisquis hanc facultatem callet: verum id, quod in his schematibus mihi proposui, fuit ut opticè exhiberem juxta regulas hactenùs traditas. Veniam tamen mihi sumpsi excedendi à mensuris, præsertim in altitudinibus obliquarum facierum, ut apparerent figuræ à terra extantiores, earumque opticus prospectus magis emineret: aliter enim si exigendæ fuissent ad opticæ regulas, vix non apparuissent geometricè elaboratæ.

FIGURA CENTESIMADECIMAQUARTA.

Fortificazioni.

Essendo la regola della Prospettiva, che hò sin'ora insegnata, universalissima; quindi è che non solamente ella hà luogo nell'Architettura civile, ma eziandio nella Militare. Onde à richiesta degli Amici, portati dal genio alle fortificazioni geometriche, e bramosi d'imparar la maniera di metterle in prospettiva, proporronne alcune quì per esempio delle altre, con insegnarne ancora la regola sotto brevità nella punta d'un baloardo. Spero però di far cosa grata non solo ad essi, ma ancora agl'Ingegneri, i quali con questo artificio potranno mostrare a' suoi Capitani le Rocche inimiche in quella veduta, che lor piace: Sì che possan facilmente conoscer le fosse, i ridotti, le strade coperte, e se altro desiderano: come per queste figure apparirà chiaramente. Si fà dunque la pianta del baluardo, e di tutta la Fortezza con quella figura che ad altri piacerà: poi si tira la linea del taglio: iudi si elegge la lontananza dell'occhio, e sua altezza. Ciò disposto si applica la riga al punto dell'occhio, ed agli angoli della pianta, e le sezzioni fatte dalla riga nella linea del taglio, si prendono col compasso, e si trasportano nel disegno per larghezza: ma le compagne del profilo si trasportano per altezza: così di mano in mano si fà co gli altri angoli, ed in questo modo riuscirà l'opera tutta con perfezzione. Egli è ben vero, che questa succinta notizia non può bastar à chi non hà letto le prime figure di questo libro, massimamente la nona, e la decima, dove hò notati alcuni avvertimenti per maggior facilità de' principianti. Avvertirò però il Lettore, che non è la mia intenzione d'insegnar la fortificazione, per non esser mia sfera, ancorchè siano state fatte con le regole dell'arte, conforme dalla scala de' palmi, ogn'un che intende potrà misurare; ma bensì di metterle in prospettiva con la regola, che fin quì abbiamo proposta. Mi son preso però licenza di uscire dalle misure, particolarmente nell'altezze de' loro profili, acciochè comparissero più alzate da terra, per dar un poco di forza alla prospettiva; altrimente à star sul rigore sarebbero comparse in prospettiva poco più che geometriche.

FIGURA 115.

Figura 114.



Figura 115.





Figura 116.



Figura 333.





Figura 156.



INDEX.

Figura 1. *Quod necessè est is, qui ad opticem Architecturæ addiscendam aggreditur, priùs elementa Architecturæ attigerit: ac primò sciat quid sit vestigium, forma, seu species operis faciundi.*
2. *Quid sit elevatio, sive orthographia.*
3. *Quid sit obliqua facies operis, & fissum ejus.*
4. *Ostenditur quid sit perspectiva in homine quatuor pilas vidente.*
5. *Qua ratione superiores pilæ disponendæ sint in vestigio, & obliqua facie, ut opticè proponantur.*
6. *Octoni stylobatæ sine coronis.*
7. *Octo stylobatæ coronis ornati.*
8. *Columnæ sex in orbem digestæ.*
9. *Pilæ octo pusillæ in orbem dispositæ, inibique insertum perutile documentum.*
10. *Stylobatæ quatuor in semicirculi figuram circumacti, itidemque traditum aliud documentum.*
11. *Quadratum simplex opticè repræsentatum.*
12. *Quadratum duplex.*
13. *Circulus simplex.*
14. *Hemi-cycli tres.*
15. *Aræ maximæ hemi-cyclus Architectura ornatus.*
16. *Tres stylobatæ teretes, cum uno documento.*
17. *Stylobates quadratus, traditaque hìc alia ratio eodem pertinens.*
18. *Stylobata teres, gradus insistens.*
19. *Tres lapides sibimet impositi.*
20. *Fontis excipulus. Quæstio ibidem proponitur.*
21. *Arcus triumphalis. Persolvitur quæstio.*
22. *Idem arcus in obliquum obversus. Traditur ibidem documentum.*
23. *Urna exornata.*
24. *Stylobates ibidem exornatus.*
25. *Sedilia, seu sedes.*
26. *Stylobates ex obliquo exhibitus.*
27. *Columnæ basis.*
28. *Geminæ bases ex parte paulùm erectæ.*
29. *Capitellum Corinthium obliquum.*
30. *Capitellum compositum, itidem obliquum.*
31. *Capitellum novi inventi.*
32. *Corona etruscæ structuræ.*
33. *Corona composita.*
34. *Corona Jonica.*
35. *Corona composita juxta Palladium.*
36. *Disjecta Architecturæ fragmenta.*
37. *Instructio Theatrorum Comicorum. Ibique tractatum quâ ratione eorum vestigia describenda.*
38. *Institutio inveniendi punctum Scenarum, per flexos meatus labentium.*
39. *Atrii Theatrum.*
40. *Armamentarii Theatrum.*
41. *Musæi Theatrum.*
42. *Procetonii Theatrum.*
43. *Templi Theatrum.*
44. *Amphiteatri exemplum.*
45. *Theatrum Sacrum Romæ exhibitum; ejus vestiginm proponitur, traditurque ratio partium ejus dirigendarum.*
46. *Qua ratione ejusdem partes pingendæ sint; deque earum modulis.*
47. *Theatrum idem integrum, additis umbris, & picturæ luminibus.*
48. *Alius ejusdem figuræ modus.*
49. *Instructio pingendi Tholos, quorum plana superficies cavum fastigium suspectu refert.*
50. *Tholus contractus, structurâ superiori elaboratus.*
51. *Tholus Collegii Romani juxta aliam regulam, quæ tamen relabitur cum sequenti.*
52. *Tholus Collegii Romani ad normam ejus, quæ hìc traditur regulæ.*
53. *Tholus Collegii Romani jam nuper exhibitus, picturæ umbris.*
54. *Tholus alter, arbitrariæ structuræ.*
55. *Pars Architecturæ, lineis rectis inferiores partes repræsentans suspectus.*
56. *Documentum traditur de laquearibus oblongis.*
57. *Laquearis vestigium Architectonicum.*
58. *Orthographia superioris vestigii.*
59. *Opticus suspectus utriusque vestigii nuper propositi.*
60. *Ara Sancti Ignatii Romæ extructæ.*
61. *Vestigium, & orthographia ejusdem aræ.*
62. *Ara Beati Aloysii excitata in Templo S. Ignatii, Collegii Romani.*
63. *Vestigium, & orthographia ejusdem formæ.*
64. *Aliud Altare B. Aloysii, duas tantum habens columnas.*
65. *Aliud item Altare, eodem pertinens aliquantulum variatum.*
66. *Vestigium, & geometrica orthographia ejusdem formæ.*
67. *Altare pictum Romæ in Templo S. Ignatii in Collegio Romano.*
68. *Vestigium, & orthographia ejusdem.*
69. *Ara maxima Tusculi depicta.*
70. *Altaris ejus vestigium, & orthographia.*
71. *Aræ maximæ in Templo Nomini Jesu Romæ dicatæ.*
72. *Ejus vestigium, & orthographia.*
73. *Alia ibidem Ara maximæ formæ ad eamdem rem pertinens.*
74. *Vestigium, & obliqua facies ejusdem Architecturæ.*
75. *Ara structuræ arbitrariæ.*
76. *Vestigium ejus, & orthographia.*
77. *Ara Veronensis.*
78. *Vestigium ejus, & orthographia.*
79. *Alia Ara.*
80. *Eadem opticè repræsentata.*
81. *Ara maxima Templi S. Ignatii Romæ extructi.*
82. *Figuræ præcedentis vestigium, & ex obliquo orthographia.*
83. *Variæ frontis ideæ pro celeberrima Divi Joannis Lateranensis Basilica.*
84. *Fissum præteritæ faciei in longitudinem, & latitudinem.*
85. *Altera facies eodem pertinens.*

86. *Fis-*

86. *Fissum ejusdem in longitudinem, & latitudinem.*
87. *Opticus prospectus earumdem facierum.*
88. *Vestigium Templi rotundi.*
89. *Fissum interioris orthographiæ ejusdem.*
90. *Orthographia exterior ejusdem.*
91. *Facies ejusdem opticè descripta.*
92. *Templum oblongum, vestigium, & orthographia.*
93. *Facies ejusdem geometrica.*
94. *Optica facies ejusdem Templi.*
95. *Fissum in longitudinem ejusdem Templi opticè descriptum.*
96. *Latus ejusdem exterior geometricè descriptus.*
97. *Portæ, atque fenestræ.*
98. *Aliæ.*
99. *Aliæ.*
100. *Aliæ.*
101. *Aliæ.*
102. *Aliæ.*
103. *Aliæ.*
104. *Aliæ.*
105. *Aliæ.*
106. *Mutuli ornati.*
107. *Alio modo.*
108. *Alio similiter modo.*
109. *Collegii vestigium, & orthographia exterior.*
110. *Fissum ejusdem Collegii in longitudinem, & latitudinem.*
111. *Scalæ.*
112. *Vestigium scalæ arbitrariæ.*
113. *Opticus prospectus ejusdem scalæ.*
114. *Munimenta bellica.*
115. *Pentagona.*
116. *Exagona.*
117. *Heptagona.*
118. *Decagona.*

Instructio brevis pingendi albarium recens.

INDICE.

Figura 1. Come ſia neceſſario imparar l'Architettura prima di metterla in proſpettiva, particolarmente che coſa ſia pianta.
2. Coſa ſia facciata.
3. Coſa ſia Profilo, e ſpaccato.
4. Si dimoſtra in un'Uomo, che vede quattro pilaſtri, che coſa ſia proſpettiva.
5. Come i pilaſtri paſſati ſi diſpongono in pianta, & in profilo per diſegnarli in proſpettiva.
6. Otto piedeſtalli ſenza cornici.
7. Otto piediſtalli ornati di cornici.
8. Sei colonne in circolo.
9. Otto pilaſtrelli in circolo con un documento.
10. Quattro piediſtalli in mezzocircolo, dove ſi dà un'altro documento.
11. Quadrato ſemplice in proſpettiva.
12. Quadrato doppio.
13. Circolo ſemplice.
14. Tre ſemicircoli.
15. Tribuna d'Architettura ornata.
16. Tre piediſtalli rotondi, con un documento.
17. Piediſtallo quadrato, con un'altro documento.
18. Piediſtallo rotondo ſopra gradini.
19. Tre pietre una ſopra l'altra.
20. Vaſca di Fontana, dove ſi propone un dubbio.
21. Arco trionfale, dove ſi ſcioglie il dubbio.
22. L'iſteſſo arco veduto da un lato, con un documento.
23. Urna con ornamenti.
24. Piediſtallo con ornamenti.
25. Sedie.
26. Piediſtallo per angolo.
27. Baſe di colonna.
28. Due baſi alzate da una parte.
29. Capitello Corintio per angolo.
30. Capitello compoſito per angolo.
31. Capitello capriccioſo.
32. Cornice Toſcana.
33. Cornice Compoſita.
34. Cornice Jonica.
35. Cornice compoſta ſecondo Palladio.
36. Fragmenti di Architettura.
37. Inſtruttione per i Teatri; come ſi fanno le piante, e profili: e come ſi trovi il punto.
38. Inſtruttione come ſi graticolano le Scene, e come ſi trova il punto quando ſono ſtorte.
39. Teatro di Cortile.
40. Teatro di Arſenale.
41. Teatro di Galleria.
42. Teatro di Anticamera.
43. Teatro di Tempio.
44. Coliſeo.
45. Pianta di Teatro Sacro fatto in Roma, e come ſi diſpone.
46. Come ſi fanno i pezzi; loro miſure.
47. Teatro tutto intero, & ombreggiato.
48. Altra invenzione per l'iſteſſo effetto.
49. Inſtruzzione, per far le Cupole di ſotto in sù.
50. Cupola in piccolo di ſotto in sù.
51. Cupola del Collegio Romano, con regola del primo Tomo.
52. Cupola del Collegio Romano con la preſente regola.
53. Cupola del Collegio Romano ombreggiata.
54. Cupola di diverſa figura.
55. Un pezzo di Architettura di ſotto in sù per linee rette.
56. Soffitti bislunghi, e ſuo avvertimento.
57. Pianta d'Architettura per un ſoffitto bislungo.
58. Elevazione della paſſata pianta del ſoffitto biſlungo.
59. Proſpettiva di ſotto in sù delle paſſate figure.
60. Altar di Sant'Ignazio fabricato in Roma.
61. Pianta, & elevazione dell'Altare di Sant'Ignazio.
62. Altare del B. Luigi, fabricato nella Chieſa di S. Ignazio del Collegio Romano.
63. Pianta, & elevazione del paſſato Altare.
64. Altare del B. Luigi, con due colonne.
65. Un'altro Altare per l'iſteſſo effetto alquanto mutato.
66. Pianta, & elevazione del paſſato diſegno.
67. Altare dipinto nella Chieſa del Collegio Romano.
68. Pianta, & elevazione del paſſato diſegno.
69. Altare dipinto in Fraſcati.
70. Pianta, & elevazione del paſſato diſegno.
71. Altare Maggiore per il Gesù di Roma.
72. Pianta, & elevazione del paſſato diſegno.
73. Un'altro Altar Maggiore, per l'iſteſſo luogo.
74. Pianta, e profilo del ſecondo diſegno.
75. Altare capriccioſo.
76. Pianta, & elevazione del paſſato diſegno.
77. Altare fatto in Verona.
78. Pianta, & elevazione del paſſato.
79. Altro Altare.
80. Proſpettiva del paſſato.
81. Altar Maggiore della Chieſa di Sant'Ignazio nel Collegio Romano.
82. Pianta, ed elevazione in profilo del paſſato diſegno.
83. Facciata di S. Giovanni Laterano.
84. Spaccato per lungo, e per largo della paſſata facciata.
85. Un'altra invenzione per l'iſteſſa facciata.
86. Spaccato per lungo, e per largo per l'iſteſſa.
87. Proſpettive delle medeſime facciate.
88. Pianta d'una Chieſa rotonda.
89. Spaccato dell'elevazion interiore dell'iſteſſa.
90. Elevazione eſteriore dell'iſteſſa Chieſa.
91. Facciata in proſpettiva della paſſata Chieſa.
92. Chieſa di figura lunga, ſua pianta, ed elevazione.
93. Facciata geometrica della paſſata Chieſa.
94. Facciata in proſpettiva per l'iſteſſa.
95. Spaccato in proſpettiva per lungo dell'iſteſſa Chieſa.
96. Lato eſteriore dell'iſteſſa Chieſa.
97. Porte, e Fineſtre.
98. Altre.
99. Altre.

100. Al-

100. Altre.
101. Altre.
102. Altre.
103. Altre.
104. Altre.
105. Altre.
106. Menſole ornate.
107. In altra maniera.
108. Pure in altra maniera.
109. Pianta, & elevazione eſterior della fabbrica di un Collegio.
110. Spaccato per lungo, e per largo dell'iſteſſo Collegio.
111. Scale.
112. Pianta di Scala capriccioſa.
113. Proſpettiva dell'iſteſſa Scala.
114. Fortificazioni.
115. Di cinque angoli.
116. Di ſei angoli.
117. Di ſette angoli.
118. Di dieci angoli.

Brieve inſtruzzione per dipingere a freſco.



Io. Carlo Allet Sculp.

INSTITUTIO BREVIS

Pingendi albarium recens.

UM in decurſu operis multus nobis fuerit ſermo jam ex occaſione, jam conſultò de Pictura; operæ pretium duximus ad libri totius calcem tractationem brevem, inſtructionemque eorum, quæ ad recentis albarii picturas attinent, veluti parergum quoddam, atque appendicem adnectere, ut his Pictoribus morem gererem, quibus occaſio ſe dat ſæpè in hoc picturæ genere ſe exercendi, præſertim cùm non facilè inventuri ſint homines peritos, qui eos de ſingulis adeò minutìm inſtituere velint, ut opus eſſet. Nos verò, qui multa exercitatione aliquem in hac facultate uſum nobis comparavimus, poſſumus circa hanc aliqua tradere præcepta. Ut verò in hoc toto negocio procedamus ratione, & via, tractationem totam dividemus bifariam, ac partes ipſas in alias ſubindè ſectiones. Primò autem loco dicemus de præparationibus, quæ picturæ præmittendæ ſunt, licet eas procurare non pictoris ſit, ſed cementarii. Altero verò loco nobis ſermo erit de his, quæ proximè ſpectant ad Pictorem, ab eoque adminiſtranda ſunt.

PARS PRIOR SECTIO PRIMA.

Tabulatum excitare ad picturam.

QUamvis omnium primus debeat ſe periculo objicere cementarius, conſiderandum eſt tamen etiam Pictori, cuinam fulcimento vitam committat ſuam: nec quia ille fortaſsè confidentior nihil eſt de caſu ſollicitus, ideò debemus fortunam periclitari, alterius enim ſucceſſus nihil præſtare nobis poteſt à lapſu.

SECTIO SECUNDA.

Aſperare parietem.

SIC dicunt Romæ, ac fortaſsè alibi calcem primò, ac ruditer parieti inducere. Hìc monendus eſt Pictor ne umquam opus inchoet in locis recens aſperatis, multòque minus, ſi ea loca clauſa forent, ac ventis minimè pervia, nam præter madorem, qui adverſatur maximè valetudini, exhalat prætereà è calce odor deterrimus capiti infeſtiſſimus.

SECTIO TERTIA.

Tectorium inducere.

UBI paries aſperatus obduruerit, ac pro ratione ſiccitatis fuerit humectatus, calx illi inducenda eſt priori tenuior, tum alia adhuc magis levigata, quam alii gluten, alii, tectorium appellant. Seligatur in hanc rem calx anno ante, vel ſex menſibus macerata, eique arena de flumine hauſta, ac defœcata admiſceatur, quæ neque ſit craſſior, neque prorsùs contrita, ſed grana ſint mediocria. Romæ Pictoribus in uſu eſt pulvis puteolanus; verùm cum ſit inæqualiter granatus, difficilè eſt perfectè trulliſſare, difficillimum verò poſt aliquot horas diductas cicatrices marginare, cum alioquin neceſsè ſit aliquoties humectare. Eligatur proindè cementarius

UNIVERSIDAD DE GRANADA Biblioteca General GRANADA

peritus, ac ſedulus, ut æqualiter trulliſſet, ac tantùm Pictori ſpatium pingendi relinquat, ut intra eamdem diem explere poſſit tectorium colorando.

SECTIO QUARTA.

Tectorium acuminare.

MOx, ut tectorium trulliſatum fuerit, ac levigatum, profuerit penicillo minutos arenæ orbiculos ſuſtollere quò faciliùs ibi adhæreſcant colores. Hoc opus noſtrates vernaculo ſermone dicunt Granire, fitque in operibus peramplis, atque ab oculo remotis: poteſt fieri etiam in propioribus, ſed ut oculum lateat rudis pictura, atque aſpera, ad finem operis chartæ plaga ſuperimponitur, trullaque premitur mediocriter, ut extantiæ, ſi quæ ſunt immodicæ, ſubſidant.

SECTIO QUINTA.

Adumbrare.

NEmo neſcit picturæ ptæmittendum eſſe exemplar coloratum, ac benè perfectum, ut ſemper præ oculis habeamus, ne pingendi tempore aliò mens evagetur. Immò adumbratio quædam delineanda eſt in papyro, quæ tanta ſit, quantum futurum eſt opus, ut affigi poſſit parieti, ſpectarique procul, ſi qui eſſent errores, ad eos emendandos.

SECTIO SEXTA.

Reticulato opere delineare.

SI pictura facienda ſit peramplo in loco, cujuſmodi ſunt Templa, aulæ, aut fornices obliqui, & abnormes, quorum amplitudo papyro comprehendi non poteſt, aut propter loci naturam non poſſet adumbratio extendi, neceſsè eſt uti opere reticulato, quod multùm confert ad res parvas in majores transferendas. Reticulatum opus opticè elaboratum requiritur etiam in fornicibus obliquis, diſtortiſque, aliiſve locis hujuſcemodi ad exhibendam rectam, planam, aut erectam architecturam opticè elaboratam: rationem autem tale opus conficiendi tradidi priori Tomo, ſchemate C. ac rursùs ſchemate LXVII. hujus. Primùm igitur exemplar ipſum parvum cancellatim delineabimus, eumdemque plagarum numerum, auctà dumtaxàt amplitudine, transferemus in parietem aſperatum. His ita conſtitutis, ſeliget Pictor tum plagarum numerum, quem intra diem explere poſſit pingendo, jubebitque ei ſpatio loci tectorium induci, ibique excribet reticulatum opus recenti tectorio oblitum, ut viam præeat picturæ ambiendæ. Si circumacto diei circulo aliquid tectorii ſupereſſet, recidite: cavete tamen ne id unquam in carnibus faciatis, ſolumque in earum ambitu id facere, aut veſtium. Ita deinceps tectorium induci curabitis, cementarium monentes, ut in hoc negocio dexterè ſe gerat, ac cautè, ne oblinat ambitus, ſive extrema lineamenta operis, aliaſve hujuſmodi lituras inducat: quapropter, ut periculo occurratur, præſtiterit è ſuperiori parte opus ordiri.

SECTIO SEPTIMA.

Imprimere.

STatutis ambitibus adumbrationis in charta perampla deſcriptæ, uti dictum eſt, imponetur tectorio, quod, cum nondùm obduruerit, aptum erit impreſſioni cuilibet recipiendæ: ac tum ſtylo ferreo premetis leviter ambitus. In rerum puſillarum deformationibus ſatis erit crebris, ac minutis foraminibus earum extrema lineamenta perforare, eiſque pulviſculum ex contuſo carbone inſpergere, ac peniculo perfricare, qui ſatis ſit ad ſui veſtigia minus apparentia relinquenda.

SECTIO OCTAVA.

Præparare.

PRiuſquam picturæ manus admoveamus, parandi ſunt colores, ac tinctus, ſaltem quod ſit ſatis ad perficiendam figuram: immò ſi major aliqua architectura pingenda eſſet, neceſſe eſt tinctum principalem præparare, quæ toti operi ſufficiant, aliàs difficile eſſet, ut eum diverſis temporibus diluendo, perfectè conveniret. Circa alias præparationes alioquin neceſſarias, nihil ſpeciatim adnotandum occurrit, cum picturis quoque oleariis ſint communes.

TRACTATIONIS PARS ALTERA.

SECTIO NONA.

Pingere.

ALbaria pictura ab oleraria differt nihil, niſi quod requirit celeritatem majorem, & alacritatem ob incommodum, quod ſecum adfert neceſſitas ſerviendi naturæ loci, qui pingendus eſt: proinde præter colores ex ordine diſpoſitos in alveolis, utendum eſt menſula pictoria, quæ fieri deberet ex lamina ſtannoferrea, adiectis circa repagulis, ne colores dilutiores effluant, inſerto in ipſo medio vaſculo aquæ puræ, quæ juvet propiùs ad diluendos colores. Cavendum prætereà, ne inchoetur pictura, donec tectorium ita affectum ſit, ut ægrè digitorum impreſſionem recipiat, aliàs calx recens inducta pennicillum tardaret, quò fieret ut nihil expreſſiſſe videremur, niſi rudem, atque impolitam faciundi operis formam.

SECTIO DECIMA.

Alios atque alios colorum illitus inducere.

IN albaria pictura hoc proprium, ac peculiare eſt, ut, cum primùm colores attingunt calcem, eorum lepos, ac flos evaneſcat. Proindè opus eſt aliis, atque aliis colorum inductibus, nunquam relinquendo eam peculiarem rem, quam præ manibus habemus, donec ſit omnibus numeris abſoluta, ſinguli enim colorum illìtus poſt aliquot horas inducti totidem erunt maculæ in pictura: potius igitur cunctandum eſt, donec colores penitùs aruerint, tuncque alii induci poterunt.

SECTIO UNDECIMA.

Supremam manum imponere.

QUI poteſt opus perficere albario adhuc recenti, picturam faciet elegantiorem, & ſtabiliorem: verùm quia tectorium aliquid decolorationis, umbris præſertim, afferre ſolet, poteſt, ac debet ea decoloratio illini minutis ductibus, aut paſtillis, aut pennicillis modicè intritis eo colore, qui ad rem facit. Verùm noſtra hæc colorum inductio in locis tectis habet locum dumtaxàt, in apertis autem minimè, nam recentes colores facilè à pluviis eluerentur.

SECTIO DUODECIMA.

Colores delinire.

IN deliniendis, atque uniendis coloribus utendum eſt mollibus pennicillis, confectis tamen è ſetis porcorum modicè intritis, aliquoties etiam digiti eumdem effectum præſtant in leniendis capitum, manuum, aliarumque rerum minutarum coloribus, præſertim cum calx obdureſcit. Verùm ſi quando molliendi eſſent colores in pictura aliqua cælitum triumphos repræſentante, ſtatim id faciendum eſt, albario etiam tum recenti, vel penitùs ſicco, adhibitis illis inſtrumentis, quæ induſtria ipſa ſuggeret Pictori.

SECTIO TERTIADECIMA.

Eradere.

CONtingere ſolet, ut aliqua figura minus ceſſerit è voluntate Pictoris, adeoque cogitet de ea eradenda: id autem fieri poterit, diruendo ab opere reliquo, & poſt benè perpurgatam relictam aream, ea madefiet dexterrimè, ut recens tectorium inducatur ad pingendum. In locis tamen tectis poterit veteri tectorio nova figura induci, modò ſit ex lenioribus, ac cœteris mollioribus. Hæc dicta ſint, ut omnem ſcrupulum vobis adimerem.

SECTIO QUARTADECIMA.

Colorare.

HIC mihi propoſui de his dumtaxat coloribus docere, qui recentis albarii picturis conveniunt: parum namque prodeſſet pulchram picturam pinxiſſe, ſi vel ob contrarietatem, quæ mutuò intercedit inter colores, vel calcem inter, & ipſos colores, non poſſet niſi ad modicum tempus ſubſiſtere. Recitabo proindè ſyllabum colorum, incipiens ab illis, qui ad opus conducunt.

Album ex calce.

ALbum ex calce eſt omnium optimum ad temperandos colores; tum ad carnes, tum veſtes ipſas exprimendas, modo calx ante annum, vel ad minimum ſex menſes extincta fuerit. Diluatur aqua, cribroque coletur: ſinatur deinde ſubſidere in vaſe aliquo capaci, egeſtà aquà innatanti, ut poſſit pugillari aſſulà contineri.

Album

Album ex ovorum putaminibus.

HOC etiam eſt ſatis candidum, aptumque eſt non ſolùm recentis albarii, ſed picturis quibuslibet, imò & componendis paſtillis in uſum picturæ. Congeratur autem horum putaminum ingens vis, tum attrita purgentur decocto à fæcibus, ingeſto tamen vivæ calcis fruſtulo: mox colentur, & aqua fontana perluantur. Minutiùs pinſuntur iterùm, ac lavantur, quod toties erit repetendum, donec ab illis ſtillet aqua pura: Deindè moluntur minutiſſimè pigmentariæ picturæ abaco, fiuntque ex illis paſtilli, qui Sole exiccati adhibentur ad pingendas carnes, veſtes albas, aut hujuſmodi. Animadvertendum tamen, hujuſcemodi putamina ſi madida alicubi occludantur ad aliquod tempus, exhalare odorem nullatenùs ferendum. Antidoto erit benè clauſa vaſe teſtaceo in fornacibus excoquere.

Album ex marmore liguſtico.

IN pulverem redigitur, moliturque una cum calce aquà diluta, ut ſit pinguius: hoc quoque pigmentum bonum eſt, verùm ſuperfluus eſt labor his, qui calcem habent veterem, aut ovorum putamina.

Cynnabaris.

COlor hic, qui eſt omnium clariſſimus, licet, ſit omninò calci infenſus, cum Cælo patet præſertim, cum tamen picturæ tecto defenduntur loco, hunc colorem non reſpuunt, ac ego quidem eo uſus ſum in veſtibus permultis, cum tamen priùs purgaſſem hoc arcano: quod ſtatim ſubjiciam. Sumatur cynnabaris preſſus in pulverem ſolutus, ſcutulæque impoſito infundatur aqua ferventi calce ebulliens, verùm ſeligatur, quoad ejus fieri poteſt, nitidiſſima: tum aqua effunditur, ac recens pluries ingeritur eodem modo. Hac demùm ratione cynnabaris combibit qualitates, ac naturam calcis, nec deinceps excidunt.

Calchanthum exuſtum.

MIrificè facit ad recens tectorium calchanthum Romanum fornacibus exuſtum: molitum vino ſtillato ruborem induit ſimilem purpuriſſæ, præcipuè verò utile eſt deformationibus, atque ut cynnabari inducendo ſternatur ab utriſque ad eamdem veſtem exprimendam ſcitè temperatis color adeo ſimilis purpuriſſo reſultat; ut oleariæ picturæ ſpeciem præferant.

Rubella Anglicana.

DEficiente calchantho ejus vicem ſubit, cum & ipſa ex eadem materia conſtet: Si picturarum luminibus, atque umbris admiſceatur, cum aruerit purpuriſſum refert.

Rubrica.

HÆC, ſicut & aliæ hujuſmodi, maximè conveniunt recentis albarii picturis. Utilis eſt pingendis carnibus, pannis, aliiſque plurimis.

Terra crocea exuſta.

EX rubeo palleſcit, utiliſque eſt carnibus inumbrandis, admixta terræ Venetæ nigræ: uſui etiam eſt ad umbras pannis luteis inducendas.

Terra

Terra flava.

DUplex genus hujuſmodi terræ Romæ in uſu eſt, alterum flaveſcit, alterum in atrorem vergit: utrumque tamen ſuo in genere præſtantiſſimum: ſi pannis, veſtibuſque delicatè inducantur, ne minimum quidem luteolo de venuſtate concedunt. Alibi per Italiam terræ concolores inveniuntur.

Luteolum.

ROmæ dicitur Luteolum Neapolitanum. Udo tectorio inductum perſtitit, Cælo autem aperto concredere non ſum auſus.

Intritum viride.

SUcco Spincervino ſubigitur: calci albæ temperatum flaveſcit, ſed coloris claritas nonnihil hebeſcit.

Terra viridis.

VEronenſis non modò eſt omnium pulcherrima, ſed ferè ſola recenti tectorio ad exprimendas veſtes illini poteſt, alii namque colores virides penè ad unum omnes ſunt fucati, nec calci conveniunt. Aliæ concolores terræ viſuntur, ſed inferioris notæ.

Terra pulla.

APta eſt ad umbras in veſtibus flavis præſertim inſpergendas.

Terra pulla exuſta.

PRæſtantiſſima eſt ad colorandas carnes admixta terræ nigræ, quæ Venetiis advehitur, præſertim in ſummis atroribus.

Terra atra Veneta.

EST omnium nigerrima, quæ in recentis albarii picturis uſurpari poſſint. Carnes aptè infuſcat, idemque præſtat, quod fuligo in veteris tectorii picturis.

Terra atra Romana.

IDem præſtat, atque atrum carbonarium, ejuſque uſus maximè patet.

Atrum carbonarium.

SUmuntur ſarmenta, exuruntur, molunturque, eſtque ad ſingula atrorum genera perutile. Sunt & alia atra ex perſicorum oſſibus, ex charta, ex fæcibus, oſſibuſque, quæ omnia hujuſmodi picturis conveniunt, dempto extremo.

Encau-

Encauſtum.

UTile eſt prædictis picturis, atque omnium primus eſt inducendus tectorio adhuc recenti, aliàs nequaquam adhæreſcit. Poſt horam alter illitus inducitur, ut ſuum colorem ſervet. Simplicior ad umbras facit, ſed in atroribus ſummis utendum atro carbonario. De prædictis coloribus ſic intelligendum eſt, ut albis diluantur ad lucem, umbraſque picturis inſpergendas, medioſque tinctus in uſum Pictorum.

Tranſmarinum.

CONvenit picturis quibuſlibet, ſolùmque ejus uſus eſt modicus, cum plurimò væneat.

Rufum è ſale livens.

ENcauſto dilutum amethyſtinum livorem induit, immò ſe ſolo id præſtat. Atque hi quidem ſunt colores, qui recenti albario induci poſſunt. Sequitur jam ut de inutilibus loquamur.

CEruſſa, Minium, Purpuriſſum è Verzino, Purpuriſſum preſſum, Ærugo, Marinum viride, Porraceus color, Ærugo ſtillatitia, color oleaceus, Luteolum Belgicum, Auripigmentum, Aurum ex oſſibus, Venetum, Indicum.

Vetus tectorium pingere.

IN præſentia crebra eſt Romæ veterum tectoriorum pictura, modò è gypſo illitus priùs inducatur, haud ita dilutus. Hac ratione omnes colores uſurpat citra reſpectum. Animadvertendum eſt tamen, quod parietes pluries dealbati eradendi ſunt; alioquin ſiccis temporibus nimium gluten evellit albarium, uſque ad ſolidum parietis, quò fit, ut opus turpetur. Recentibus parietibus è gypſo illitus inducitur calce etiam tum uda, ſic enim omnes colores combibit.

BREVE INSTRUZIONE

Per dipingere a freſco.

AVendo noi nel decorſo dell'Opera parlato più volte, ora per conſiglio, ora per ammaeſtramento della Pittura, abbiamo ſtimato bene nel fine del libro aggiungere come per Appendice un brieve trattato, overo inſtruzione per dipingere à freſco, per compiacere à que' Pittori, che averanno occaſione di praticar queſto modo di dipingere, (perche non ſempre trovaranno perſone pratiche, che lor voglia inſtruire tanto per minuto, quanto ricerca il biſogno) Avendolo dunque in molte Opere praticato, poſſiamo dare alcuni avvertimenti. A fine poi di proceder in ciò con buon'ordine, divideremo il trattato tutto in due parti, e le parti ſteſſe in varie ſettioni. Nella prima parte diremo di quelle preparationi, che ſi debbon premettere alla pittura, ancorche il mandarle ad effetto non appartenga al Pittore, ma al Muratore. Nella ſeconda parleremo di ciò, che più immediatamente al Pittore ſi appartiene,

PARTE PRIMA SEZIONE PRIMA.

Fabricare palchi per dipingere.

ANcorche il primo, che ſi deve eſpórre al pericolo ſia il Muratore, deve però nondimeno conſiderar anche il Pittore à che ſoſtegno commette la ſua vita: nè perche quello più arriſchiato non teme il precipizio, per queſto dobbiamo eſporci alla ventura: perche finalmente l'altrui buona ſorte non può aſſicurarci dalla caduta.

SEZIONE SECONDA.

Arricciare.

COsì chiamano in Roma, e forſi altrove il dar che ſi fà la prima calce ad una parete. Quì è da avvertire il Pittore, che non comminci mai opera in luoghi di freſco arricciati, e molto meno, ſe foſſero luoghi chiuſi, perche oltre al umidore, che molto nuoce alla ſanità; eſala dalla calce odore cattivo, il quale è pernicioſo alla teſta.

SEZIONE TERZA.

Intonacare.

ARricciata, ed arida che ſia la parete, dopo haverla bagnata a proportione della ſiccità, ſe le dà una mano più leggera di calce, e continuando con un'altra ſi perfeziona, quale chiamaſi intonacatura. Scelgaſi per queſto effetto calcina ſpenta un'anno, ò ſei meſi prima, e ſi meſcoli con rena purgata dal fiume, che non ſia troppo groſſa, nè ſoverchio minuta. In Roma i Pittori uſano la pozzolana, ma per eſſer inugualmente granelloſa è malagevole lo ſpianarla perfettamente, ed impoſſibile il rimaneggiarla dopo qualche ora, eſſendo per altro qualche volta ciò neceſſario. Scelgaſi però un Muratore pratico, e ſollecito, acciò la ſpiani ugualmente, e laſci anco al Pittore tanto di tempo per dipingerla dentro quel giorno.

SEZIONE QUARTA.

Granire.

SPianata che ſia ugualmente l'intonacatura, ſarà bene con un pennello ſollevare i minuti granelluzzi di arena, accioche più facilmente ſi attacchino i colori. Queſto ſollevare l'arena noi chiamiamo granire, e ſi fà nelle opere grandi, e rimote dal occhio, ſi può ancora farlo nelle vicine, ma acciò non compariſca all'occhio la pittura rozza, ſi ſoprapone al fin dell'opera un foglio di carta, e con la cucchiara mediocremente ſi premono le ſoverchie prominenze acciò ſi ritirino.

SEZIONE QUINTA.

Diſegnare.

OGn'un sà, che prima di far la pittura, ſe ne deve far il diſegno, ed un modello colorito, e ben perfettionato per tenerſelo avanti gli occhi, per non haver in quel tempo altro penſiero, che operare, anzi ſi deve far un altro diſegno in carta quanto è grande l'opera, acciò ſi poſſa attaccare al luogo per veder da lontano gli errori, ſe ve ne foſſero, per correggerli.

SEZIONE SESTA.

Graticolare.

QUando ſi hanno à dipinger luoghi grandi, come Chieſe, Sale, ò Volte ſtorte, ed irregolari, nelle quali ò non ſi poſſon far carte così grandi, ò non ſi poſſon diſtendere, è neceſſario ſervirſi della graticolazione, la quale è molto utile per trasferir dal piccolo in grande. La graticolazione proſpettica è altresì neceſſaria particolarmente nelle Volte, ò altri luoghi irregolari, per far comparire retta, piana, ò dritta un'Architettura in proſpettiva, ed il modo di farla l'hò dichiarato nel primo Tomo figura 100., e nel preſente figura 69. Primieramente adunque graticolaremo il modello piccolo, e trasferiremo l'iſteſſo numero di quadrati, accreſciutane ſolo la grandezza, nella parte arricciata: Ciò fatto ſceglierà il Pittore quel numero di graticole, che potrà dipingere in un giorno, ed ordinerà, che ſia diligentemente intonacato, ripigliando ſopra la nuova intonacatura la graticolazione, che fù coperta, accioche ſerva di guida per contornare la voſtra operazione: ſe dopo dipinto in quel giorno vi avanzaſſe qualche pezzo d'intonaco, tagliatelo, ma guardatevi di far ciò in mezzo delle carnagioni, e ſolo ſi permette ne' contorni di quelle, ò di qualche panneggiamento. Così di mano in mano ordinerete, che ſi proſeguiſca l'intonacatura, avviſando il Muratore, che in ciò proceda deſtramente per non imbrattar i contorni dell'operato, nè far altre ſchizzature: che però ad ovviar al pericolo, ſarà bene cominciare l'opera nelle parti ſuperiori.

SEZIONE SETTIMA.

Ricalcare.

STabiliti che ſieno i contorni del diſegno in carta grande, come habbiamo detto, ſi ſopraporrà ſopra l'intonaco, che per la ſua freſchezza ſarà atto à ricevere ogni impreſſione: ed allora con una punta di ferro anderete legiermente premendo i contorni.

torni. Ne' diſegni di coſe piccole baſterà fare un ſpolvero, che ſi fà con far ſpeſſi, e minuti fori ne' contorni con ſopraporvi carbone ſpolverizato legato in un ſtraccio, che ſia atto a laſciar le ſue orme meno ſenſibili. Ciò da' Pittori ſi chiama ſpolverare.

SEZIONE OTTAVA.

Preparare.

PRima di por mano alla pittura ſi debbon preparare i colori, e le tinte almeno quanto baſta per una figura: anzi ſe ſi doveſſe far qualche grande architettura, è neceſſario preparar una tinta maeſtra, che ſerva à tutta l'opera, altrimente ſarebbe difficile, che facendola in diverſi tempi ſi accordaſſe perfettamente. Le altre preparationi, per altro neceſſarie non hanno biſogno d'avviſo per eſſer comuni alle pitture ad oglio.

PARTE SECONDA.

SEZIONE NONA.

Dipingere.

LA Pittura a freſco non è differente da quella che ſi fa ad oglio, ſe non che vi vuol maggior prontezza, e vivacità per lo ſcomodo, che porta ſeco il doverſi accomodare al luogo dove ſi dipinge, perciò oltre haver diſpoſti in ordinanza ne' loro alberelli i colori, overo ſervirſi d'una tavolozza, come il modello che vedeſi nel fronteſpitio, la quale vorrebbe eſſer di latta con i ſuoi ripari attorno, acciò i colori più liquidi non verſino, con inſerirgli nel mezzo del piede un vaſetto per l'acqua pura, che ſerva più da vicino per bagnare i colori. Avvertaſi in oltre di non cominciare la pittura fin che la calce non ſia in tal diſpoſitione, che difficilmente riceva l'impreſſione delle dita, perche ſuccederebbe nel maneggiar il pennello ſopra l'intonaco troppo freſco, che tutta l'opera reſtarebbe fiacca, e non potrebbe ſervir che per abozzo.

SEZIONE DECIMA.

Impaſtare, e caricare.

NElla pittura a freſco queſto vi è di proprio, che i primi colori come prima toccan la calce così toſto infiacchiſcono, e molto perdon di loro vivacità; come detto habbiamo. Biſogna per tanto caricare, ed impaſtare un'altra volta; non tralaſciando mai quella coſa particolare che avete per le mani fino che ſia totalmente finita, e perfettionata, perche ogni ritoccamento fatto dopo qualche ora, ſarà una macchia ſul voſtro lavoro, più toſto aſpettiſi che la pittura ſia ben ſecca, ed allora ſi potrà ritoccare.

SEZIONE UNDECIMA.

Ritoccare.

CHI può finire a buon freſco ſarà ſempre meglio dipinto, ed il lavoro aſſai più ſtabile, ma perche ſempre la calce fa qualche mutatione particolarmente nell' ombre, ſi può, e ſi deve ritoccare, ò con tratti piccoli, ò con paſtelli fatti di guſci

d'uovo, ò con pennelli mezzi aſciutti di quel colore neceſſario; Tal ſorte di ritoccamenti ſe ſi fanno ne' luoghi ſcoperti è vano ogni ritoccamento, perche è portato via dalle pioggie.

SEZIONE DUODECIMA.

Sfumare, ed intenerire.

NEllo sfumare, ed unir i colori ſi uſano pennelli teneri, però di ſetole di porco, ma poco bagnati, e qualche volta ancor le deta fanno buon'effetto nelle teſte, mani, ed altre coſe picciole, particolarmente quando la calce ſi accoſta all'intoſtare. Ma quando ſi haveſſe à sfumare, ed intenerire qualche pezzo di gloria, ſi deve fare alla prima sù la calce più freſca, ò quando la calce è affatto ſecca con altri mezzi ſuggeriti dall'induſtria del Pittore.

SEZIONE DECIMATERZA.

Rifare.

SUol accadere, che qualche figura non rieſca à genio del Pittore onde gli vien voglia di gettarla à baſſo: ciò potrà fare ſcalcinandola ſenza toccar il reſto dell' operatione, e dopo haver pulito ben bene lo ſpazio, ſi bagnarà con particolar diligenza, per porvi un nuovo intonaco da rifar nuova figura. Al coperto però ſi può rifare à ſecco, purche ſiano di quelle figure più sfumate, e tenere delle altre. Ciò ſia detto per levarvi ogni ſcrupolo.

SEZIONE DECIMAQUARTA.

Colorire.

QUI intendo ſolamente inſegnare quai colori ſieno buoni per dipingere à freſco. Perche poco giovarebbe l'haver fatto una bella Pittura, ſe per la contrarietà, che hanno i colori frà ſe, ò colla calce, non poteſſe, ſe non brieve tempo durare. Ecco per tanto un catalogo di colori, incominciando da quei, che ſono buoni al propoſito noſtro.

Bianco di Calce.

IL bianco di calce è il meglior di tutti per meſcolarlo con i colori sì per le carnagioni, come per i panneggiamenti, purche la calce ſia ſtata bagnata di ſei meſi, ò un'anno. Si diſtempri con acqua, e ſi coli per ſetaccio in qualche vaſo capace, laſciandola calare à fondo, e gettarne via l'acqua, che galleggia, onde poſſa tenerſi sù la tavoletta de' Pittori.

Bianco di ſcorze d'Vovo.

QUeſto ancora è molto bianco, ed è buono da adoprarſi à freſco, ed à ſecco, e per comporre i paſtelli per ritoccare. Si raduna prima gran quantità di detti guſci, purganſi poi dalle feccie con farli bollire con un pezzo di calce viva, avendoli però alquanto peſti, poi ſi colano, e lavanſi con acqua di fontana, di nuovo più ſottilmente ſi peſtano, e lavano, il che tante volte ſi torna à fare, finche ne coli l'acqua chiara; indi ſi macinano ſottiliſſimamente sù la pietra da Pittore, ſe ne fanno piccioli pani, i quali aſciugati, che ſieno al Sole, ſi adoperano per carnagioni,

ò panni

ò panni bianchi; e dovunque sarà in piacere: E' d'avvertire però, che se tal sorte di gusci pesti stessero per qualche tempo bagnati, renderebbero una puzza insopportabile. Il rimedio si è, chiusi bene in vaso di terra mandarli à cuocere alla fornace.

Bianco di marmo di Carrara.

SI riduce in polvere il marmo, e si macina con acqua, mescolando con la calce, acciò abbia più corpo: anch'egli è buono: ma questa fatica è superflua à chi hà calce vecchia, ò gusci d'uova.

Cinabro.

QUesto colore è il più vivace di tutti; ed è affatto contrario alla calce, particolarmente quando è espoſto all'aria; quando però la pittura stà al coperto, io l'hò spesso adoperato in molti panneggiamenti, avendolo però prima purgato col secreto, che ora dirò. Prendasi cinabro puro in polvere, e postolo in una scodella di majolica vi s'infonda sopra quell'acqua che bolle, quando in essa si disfà la calce viva, ma sia l'acqua quanto più chiara si può, poi si getti l'acqua, e più volte allo stesso modo vi si rifonda della nuova; in questa maniera il Cinabro s'imbeve delle qualità della calce, nè le perde già mai.

Vetriolo brugiato.

RIesce mirabilmente sù la calce fresca il Vetriolo Romano cotto alla fornace, macinato con acqua vita. Fà da se solo un rosso come di lacca: ma particolarmente è buono per abbozzare, e far il sostrato al cinabro: da amendue in un panneggiamento ne risulta un colore di lacca fina al pari dell'oglio.

Rossetto d'Inghilterra.

IN mancanza del Vetriolo fà quasi l'istesso effetto per esser anch'egli di Vetriolo, se si adopera con chiari oscuri sù la calce ben fresca, al seccarsi par lacca.

Terra rossa.

QUesta terra, come tutte le altre sono più proprie per dipingere à fresco, si adopra per le carnagioni, panneggiamenti, ed ovunque fa bisogno.

Terra gialla brugiata.

TIra al rosso pallido, ed è buona per gli oscuri delle carnagioni mescolata con terra nera di Venetia: serve ancora per le ombre de' panneggiamenti gialli.

Terra gialla chiara.

IN Roma si adoprano due sorte di terre gialle una chiara, e l'altra oscura, nel loro genere amendue bellissime. Se si adoprano con polizia ne' panneggiamenti, non hanno invidia al giallolino. Altre terre gialle si trovano in altre parti d'Italia.

Giallo-

Giallolino di Fornace.

CHiamaſi in Roma Giallolino di Napoli, Io l'ho adoprato à freſco, e ſi è conſervato: ma non mi ſono mai cimentato di eſporlo all'aria.

Paſta verde.

E'Fatta col ſugo di Spincervino, meſcolata con calce bianca diventa gialla, ma il colore ſvaniſce alquanto.

Terra verde.

QUella di Verona è la più bella, anzi l'unica per panneggiamenti sù la calce freſca, eſſendo gli altri verdi quaſi tutti artificiali, e contrarii alla calce, altre terre verdi ſi trovano, ma inferiori.

Terra d'ombra.

E'Buona per le ombre particolarmente ne' panneggiamenti gialli.

Terra d'ombra brugiata.

E'Molto eccellente per le ombre delle carnagioni meſcolata con terra nera di Venetia, particolarmente ne' maggiori oſcuri.

Terra nera di Venetia.

E'La più oſcura di tutte per lavorar à freſco, e buona per gli oſcuri delle carnagioni, e fa lo ſteſſo effetto della fuligine à ſecco, ò del ſpalto à oglio.

Terra nera di Roma.

FA l'effetto, che fa il nero di carbone, e ſi adopra aſſai per tutto.

Nero di carbone.

SI prende legno di vite, ſi brugia, e ſi macina, è buono ad ogni ſua proprietà. Vi è più ſorti di neri, di oſſa di perſiche brugiate, di carta, di feccie di vino, che tutti ſon buoni per lavorar à freſco, ſalvo il nero d'oſſo.

Smaltino.

E'Buono à freſco, e deve porlo prima di tutti gli altri colori, mentre la calce è ancor freſca, altrimente non attacca, paſſata un'ora ſi dà la ſeconda mano, acciò reſti del ſuo bel colore. Il più ſemplice può ſervir per ombre, ma ne' maggiori oſcuri ſi adopera nero di carbone. Di tutti li colori accennati s'intende meſcolati con bianco per cavarne il chiaro, ed oſcuro, e le mezze tinte all'uſo de' Pittori.

Oltre-

Oltremarino.

RIesce tanto à fresco, quanto à secco: solo non si adopra da molti, perche egli è caro.

Morel di Sale.

MEscolato con lo smaltino fà pavonazzo, anzi per se solo fà la detta tinta. Questi sono i colori che si possono adoprar à fresco.

Colori contrarii alla Calce, e che non si possono adoprare nelle Pitture à fresco.

BIacca, Minio, Lacca di Venetia, Lacca fina, Verde rame, Verde azzurro, Verde porro, Verde in canna, Giallo santo, Giallolino di Fiandra, Orpimento, Indico, Nero d'osso, Biadetto.

Dipingere à secco.

AL presente si costuma assai in Roma di pingere sù le muraglie secche, purche abbiano un fondo di una mano di gesso, con buona colla, In questo modo adoprano tutti i colori senza riguardo. E' d'avvertire però, che le muraglie più volte imbiancate devono raschiarsi, altrimenti ne' tempi secchi, la troppa colla fa saltar giù la imbiancatura fino al vivo della muraglia, onde l'opera riman guasta. A' muri nuovi si dà una mano di gesso, mentre la calce è fresca. In tal maniera ammette tutti i colori.